INDEX SENTENTIARVM BREVIARII ROMANI

PER ORDINEM ALPHABETI

AVCTORE REVER. PRESBYTERO Fabritio Porticella Melfittenſi SS. Coſmæ & Damiani in vrbe Rectore ac iuris vtriuſq. Doctore eximio.

AD ILLVSTRISSIMVM DOMINVM D. Iacobum Cardinalem Sabellum Epiſcopum Tuſculanum S. D. N. Papæ Vicarium, ac Summum Inquiſitorem.

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA



CVM LICENTIA SVPERIORVM.

ROMÆ, Apud Franciſcum Zanettum. 1580.

GREGORIVS PAPA XIII.

DILECTO FILIO FABRITIO PORTICELLAE

Rectori parrochialis Eccleſiæ SS. Coſmæ & Damiani regionis Pineæ de Vrbe vtriuſque iuris doctori.

DILECTE FILI *Salutem et Apoſtolicam benedictionem.*

Exponi nobis nuper feciſti, quòd tu ad communem omnium ſtudioſorũ vtilitatem, ac pro Rectorum eccleſiarũ commoditate opus quoddam, ſeu Indicem ſententiarum Breuiarij Romani, iuxta materiarum affinitatem diſtinctam compoſuiſti, illudq; typis dari, & in lucem producere cupis, vereriſq; ne huiuſmodi opus poſtmodum ab alijs ſine licentia tua imprimatur, quod in maximum tuũ præiudiciũ tenderet. Volentes itaq; indemnitati tuæ conſulere, teq; à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, alijsq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris & pœnis, à iure vel ab homine, quauis occaſione vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentiũ dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, tuis hac in parte ſupplicationibus inclinati, tibi tuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus, ne prædictum opus hactenus non impreſſum per decem annos poſt illius impreſſionem à quoq; ſine tua vel tuorum hæredum & ſucceſſorum prædictorum licentia imprimi, aut ab alijs vendi, ſeu in eorum apothecis vel aliàs venale, præterquã ab illo, cui tu opus huiuſ-

modi imprimendum commiſeris , & licentiam dederis,teneri poſſint, apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus, inhibentes omnibus et ſingulis Bibliopolis et librorũ Impreſſoribus in terris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectis ſub excommunicationis latæ ſententiæ & quingentorum ducatorũ auri de Camera partim Cameræ apoſtolicæ, & partim accuſatori, partim vero tibi irremiſibiliter applicandorum, & amiſſionis librorum pœnis, toties ipſo facto & abſq; alia declaratione incurrendis , quoties contrauentum fuerit , ne intra decem annos ab impreſſione dicti operis ſiue indicis computan. opus huiuſmodi hactenus non impreſſum , ſine tua aut hæredũ & ſucceſſorum prædictorum licentia dicto decennio durante, imprimere ſeu ab alijs impreſſum, vel imprimendum vendere ſeu venales habere , vel proponere , ſeu aliàs vt præfertur habere audeant . Ac mandantes vniuerſis venerabilibus fratribus Archiepiſcopis , Epiſcopis , eorumque vicarijs in ſpiritualibus generalibus, & in ſtatu Romanæ Eccleſiæ Legatis, Vicelegatis ſedis apoſtolicæ, ac ipſius ſtatus Gubernatoribus vt quoties pro parte tua fuerint requiſiti , vel eorũ aliquis fuerit requiſitus tibi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, præmiſſa ad omnẽ tuam, ac hæredum & ſucceſſorum prædictorum ſiue pro vobis exigentium requiſitionem contra inobedientes & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas & ſæpius aggrauan. & per alia iuris remedia auctoritate noſtra exequãtur, inuocato etiam ad hoc auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis , ac ſtatutis & conſuetudinibus etiam iuramento confirmatione apoſtolica , vel quauis firmitate

-tate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis & literis apoſtolicis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, approbatis & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis ſpecialis mentio habenda foret illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque cõtrarijs quibuſcunque. Dat. Tuſculi ſub annulo Piſcatoris die 20. Aprilis M. D. LXXX. Pont. noſtri Anno Octauo.

Cæſar Glorierius.

††† 3 FRAN-

FRANCISCVS MEDICES *Dei gratia Etruriæ Magnus Dux II. Florentiæ, & Senarum Dux III. Portus Ferrarij in Ilua inſula Caſtilionis Piſcariæ, & Igilij inſulæ Dominus, &c.*

CVM induſtriæ fructu, & vigiliarũ ſuarũ commodis vnumquemque potiri deceat, edicimus atque mandamus ne quis proximo ab hac ipſa die decennio Opus quoddam inſcriptum Index ſententiarum Breuiarij Romani ab excellenti FABRITIO *Porticella vtriuſque iuris doctore parrochialis Eccleſiæ SS. Coſmæ & Damiani de Vrbe venerabili Rectore ad communem omnium vtilitatem & commoditatem compoſitum, & nuper Typis demandatum, ſeu propediem demandandũ imprimere, aut impreſſum venundare vllis in locis Prouinciæ noſtræ Etruriæ audeat ſine iuſſu, & voluntate eiuſdem Fabritij auctoris. Et qui contra mandatum hoc fecerit, quinquaginta nummum aureorum in quodlibet volumen mulcta eſto, cuius altera pars ipſimet auctori, vel eius hæredibus: altera vero ærario noſtro acquiratur. Quibuſcunq; contrarijs nõ obſtantibus. Quorum in fidẽ diploma hoc noſtra manu, noſtriq; ſoliti Sigilli plumbei appenſione munitum per infraſcriptum Secretarium noſtrum fieri iuſſimus. Dat. Florentiæ die 23. Menſis Iunij Anno Dominicæ & ſalutiferæ Incarnationis M.D. LXXX. noſtri magni Ducatus Etruriæ, aliorũq; noſtrorũ Ducatuũ Septimo.*

FRANCISCVS *Medices Mag. Dux Etruriæ.*

Vidit Io. Baptiſta Concinus.

Ad mandatũ expreſſum Sereniſſ. magni Ducis,

Paulus Vinta.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

D. D. IACOBO CARD. SABELLO Epiſcopo Tuſculano S. D. N. Papæ Vicario ac Summo Inquiſitori.

FABRITIVS PORTICELLA S. P. D.

NON parua mihi ſtultitia videretur, Iacobe Cardinalis præſtantiſſime, magnum quidpiam manibus geſtare, & eius pretium, atq. vtilitatem ignorare. At quid vtilius ſacerdotibus, alijsq. diuino cultui addictis dari potuit, quàm tota pſallendi ac laudandi Deum ratio Pij V. Pont. Max. iuſſu in priſtinam dignitatem reſtituta? in qua ſi omnia recte perpendantur, nihil eſt pro animarũ ſalute quod deſideretur: ſed pauci fortaſſe ſunt qui fructus mellifluos inde enaſcentes guſtent, vt iure cũ Iob queri poſſimus, Neſcit homo pretium & vtilitatem eius. In ea enim tot graues ſententiæ ex optimis ſcriptoribus ſelectæ, tot ſaluberrima præcepta ac documẽta ad pie honeſteq. viuendum, aditumq. ad æternam vitam patefaciendum habentur, vt

non modo ad preces ſtatis horis recitandas, ſed etiam ad ea cognoſcenda & percipienda quæ ad ſalutem, vitamq. comparandam nobis requiruntur: & ad animum diuinarum rerum cognitionē paſcendum vtiliſſima ſit. Quoniam vero tot perlucidæ gēmæ & margaritæ varijs in locis diſperſæ quaſi quadā caligine obumbratæ non in omnium conſpectu poſitæ ſunt: & hominum memoria labilis, fluxaq. eſt vt exteriori quodam adminiculo egeat; quò facilius quod quiſq. velit inueniat, fideliuſq. memoriæ cōmendatum retineat, ſumpſi mihi id oneris pro virili parte mea, vt Indicem rerum notabilium (quamquā omnia notabilia ſunt) per alphabeti ordinem conficerem; breuiterq. ſententia recitata eò me remitterem vnde accepta ſit. nihil mutaui, nihil addidi, omnia vt ſe habent adnotaui. Aut ſi quando morum bonorum informandorum cauſa (namq. in eo mea verſatur cura & induſtria) immutare verba neceſſe habui, ſemper tamen eandem ſententiam ſeruaui & retinui. Nō pauca pſalmorum dicta, ac ſanctorum geſta breuiſſime perſtrinxi: locos citaui vnde trāſlata ſint quæ in ipſo horariarum precum codice legūtur; vt & ſacræ ſcripturæ amatoribus campus amplior daretur legen-

di:

di: & ei qui ſermonem ad populū habere vellet, dicendi materies non deeſſet. Quòd ſi profani codices ſuum habent indicem, nonne ſacri quoq. copioſiorē habere debēt? & inter ſacros hic potiſſimū? præ manibus enim quotidie habetur; quippe in quo cū varia, neceſſariaq. dogmata varie diffuſſa ſint, non multi ea aduerterunt quibus labor hic noſter aliqua ex parte aliquando proderit: nam nō modo ij iuuabūtur qui ad preces decantādas ex Eccleſiæ præcepto tenentur, ſed etiam alij quoque, qui ſacrorū voluminum lectione oblectantur. Plura tamen amplectenda fuiſſe nō me latet, ſed quis in tāta luce nō cæcutiat? & pio lectori diligētius inueſtigandi, ſtudioſius legendi, & copioſius addendi libera eſt tributa facultas, & occaſio nō contemnenda. Saltem viā aperui (niſi me fallit animus) quo liber iſte ſemel atq. iterū augeri, locupletari atq. ornari poſſit. Cum autem veterem illam conſuetudinē atq. inſtitutum ſequi vellem, quo ſuas quiſq. lucubrationes viro alicui præſtātiſſimo dedicare conſueuit; Tu mihi Pater Ampliſſime ſtatim occurriſti, cui & me abhinc multos annos libētiſſime addixi, & quem mihi ex omnibus præcipuū patronū ſemper eſſe volui. Cuius tū generis nobilitatem, & amplitudinem

nem

nem quæ apud omnes gentes celeberrima eſt, tũ animi virtutes egregias ac diuinas, quæ vrbem Romam decorant, illuſtrantque, cum maxime admirari libeat, ambiguũ mihi eſt ſanctior exiſtas an prudentior: vt non ſolũ purpuratorũ Patrum ordini, verumetiã Pontifici Maximo chariſſimus, admirabiliſq. ſis. Sed tuarũ virtutũ laudes præſtat ſilentio potius inuoluere, ne earum magnitudine, ac multitudine obruar, cum illis præſertim oratione mea lumen afferre nequeam, quæ per ſe ipſæ clariſſime effulgent. Accipe igitur clientis tibi deditiſſimi noſtrũ Breuiarij Indicem, tenue quidem, ſed quale ipſe dare poteſt munus, multoq. magis animum quo tibi offertur pro tua conſuetudine humaniſſime reſpice. fore enim video vt ſub tui nominis auſpicijs non mediocrem in Eccleſia Dei fructum ferat; & mihi ad alterum in Miſſali abſoluendum promptior animus accedat. vt vt erit lætabor ego officio meo, atq. id in primis quòd obſeruantiam in te meam quomodo maxime potuerim, declarauerim. me interea diuinam Maieſtatem rogaturum profiteor, vt Amplitudinem tuam aſſidue augeat, ac tueatur. Vale. Romæ Calend. Nouemb. M. D. LXXX.

INDEX MATERIERVM PRÆCIPVARVM

Quæ in toto opere continentur.

DE

ABstinentia. pagina 1.
Acceptatione perſonarum. pag.3.
Adoleſcentia. pag.4.
Aduentu. pag.4.
Adulatione. pag.5.
Adulterio. pag.5.
Affectu. pag.6.
Afflictione. pag.7.
Ambitione. pag.8.
Amicitia. pag.8.
Anima. pag.9.
Angelis. pag.11.
Apoſtolis. pag.13.
Armis militiæ Chriſtianæ. pag.14.
Arte magica. pag.15.
Aſcenſione Domini. pag.15.
Auaritia. pag.18.

DE

BAptiſmo. pag.20.
Beatudinibus octo. pag.22.
Bello. pag.23.
Beneficijs & donis à Deo datis. pag.26.
Blaſphemia. pag.27.
Bonis temporalibus. pag.28.
Bonitate. pag.29.

DE

CÆcitate. pag.31.
Calumnia. pag.31.
Carcere ſeu captiuitate. pag.32.
Carne. pag.33.
Caſtitate. pag.35.
Catechiſmo & cathecumenis. pag.36.
Charitate. pag.37.
Chriſto. pag.43.
Chriſtiano. pag.44.
Chriſmate ſeu confirmatione. pag.45.
Circunciſione Domini. pag.46.
Cogitatione. pag.47.
Concupiſcentia. pag.50.
Confeſſione. pag.51.
Conſcientia. pag.53.
Conſilio Dei & hominum. pag.54.
Conſolatione in afflitione. pag.55.
Continentia. pag.55.
Contritione. pag.55.
Contumelia. pag.55.
Conſuetudine peccandi. pag.56.
Conuerſatione. pag.56.

Con-

Conuerſione. pag. 57.
Conuiuijs. pag. 59.
Corde. pag. 60.
Correptione. pag. 65.
Corpore. pag. 67.
Crapula. pag. 70.
Cruce. pag. 70.
Culpa. pag. 73.
Curioſitate. pag. 73.
Curatis. pag. 74.

DE

DAuid. pag. 74.
Decimis. pag. 74.
Delicijs. pag 75.
Deſiderijs. pag. 75
Deſperatione. pag. 75.
Dæmonis eiectione. pag. 76.
Detractione. pag. 77.
Diabolo. pag. 78.
Dignitatibus. pag. 76.
Dilectione. pag. 80.
Diſciplina. pag. 85.
Diſpenſatore. pag. 85.
Diuitijs. pag. 85.
Doctrina. pag. 90.
Doctoribus Eccleſiæ. pag. 90.
Dolo. pag. 90.
Dominis. pag. 91.
Domo Dei. pag. 91.
Donis Dei. pag. 93.

DE

EBrietate. pag. 94.
Eccleſia. pag. 95.
Electione. pag. 100.
Eleemoſyna. pag. 102.
Elya. pag. 104.
Epiſcopis. pag. 104.
Epiphania Dñi. pag. 106.
Eua. pag. 107.
Euangelio. pag. 107.
Euchariſtia. pag. 109.
Eunuchis. pag. 113.

DE

FAcultatibus. pag. 114.
Fama. pag. 114.
Fato. pag. 114.
Ferijs. pag. 115.
Feſtiuitatibus ſanctorum. pag. 115.
Ficu infructuoſa. pag. 116.
Fide. pag. 116.
Fiducia. pag. 119.
Figuris. pag. 120.
Flagellis. pag. 120.
Fletu. pag. 121.
Fornicatione. pag. 122.
Fortitudine. pag. 122.
Fraude. pag. 123.

DE

GAudio. pag. 124.
Gloria & inani gloria. pag. 125.
Gratia. pag. 128.
Gratiarum actione. pag. 130.
Gratitudine. pag. 131.
Gula. pag. 132.

DE

HAbitatione. pag. 132.
Hæreticis. pag. 134.

Hæreditate Domini. pag. 134
Hieruſalem ſancta. pag. 136.
Homine. pag. 136,
Homicidio. pag. 142.
Honeſtate. pag. 143.
Honore erga Deũ, egra proximum, filij erga parentes, & ſerui erga dominũ. pag. 143. 144.
Honoris appetentia. pag. 145.
Hoſpitalitate. pag. 147.
Humilitate. pag. 148.
Hypochriſi. pag. 157.

DE

IActantia. pag. 158.
Ieiunio. pag. 158.
Imaginibus ſanctorum. pag. 165.
Immunditia. pag. 166.
Impijs. pag. 166.
Incarnatione Dñi. pa. 168
Inferno. pag. 168.
Infirmitate. pag. 170.
Animæ infirmitate. pag. 172.
Ingratitudine. pag. 173.
Inimicis. pag. 173.
Innocentia. pag. 179.
Iniquitate. pag. 180.
Iniuria. pag. 183.
Inſidijs. pag. 187.
Intentione. pag. 178.
Intellectu. pag. 481.
Interceſſione ſanctorum. pag. 189.
Inuidia. pag. 190.
Iob. pag. 191.
Ioſeph Patriarcha. pag. 191.
Ira Dei. pag. 192.
Ira hominis. pag. 194.
Iudæis. pag. 195.
Iudicibus terræ. pag. 198.
Iudicio extremo. pag. 199.
Iudicio temerario. pag. 206.
Iuramento. pag. 207.
Iuſtitia. pag. 207.
Iuſtificatione & viro iuſto. pag. 210.

DE

LAbore. pag. 214.
Laboris præmio. pag. 216.
Lachrymis pag. 218.
Laudibus erga Deum. pag. 220.
Lepra. pag. 222.
Lege. pag. 222.
Libero arbtrio. pag. 226.
Liberalitare. pag. 226.
Libidine. pag. 226.
Lingua. pag. 227.
Litigijs. pag. 230.
Luctu. pag. 230.

DE

MAchabæis. pag. 231.
Magdalena. pa. 232.

Mariâ

Maria. pag. 233.
Martha. pag. 236.
Malis non committendis. pag. 237.
Malis pro malis nõ reddendis. pag. 240.
Malis in male agentes redundantibus. pag. 241.
Maledicto. pag. 243.
Malis hominibus. pag. 243.
Malignis. pag. 244.
Mandatis Dñi. pag. 245.
Manſionibus. pag. 247.
Manſuetudine. pag. 248.
Mari. pag. 249.
Martyrio. pag. 250.
Matrimonio. pag. 251.
Medicina. pag. 253.
Memoria. pag. 254.
Mendatio. pag. 254.
Mente. pag. 255.
Mercede. pag. 257.
Meritis. pag. 258.
Miniſtro Chriſti. pag. 259.
Miraculis. pag. 260.
Miſericordia & miſerationibus. pag. 261.
Mutua inter homines miſericordia. pag. 265.
Miſſa. pag. 267.
Mortificatione. pag. 268.
Morte. pag. 269.
Mortẽ non timentibus. pag. 271.
Morte quandoq; fugienda. pag. 273.
Mulieribus. pag. 273.
Mundo. pag. 275.
Muneribus. pag. 278.
Murmuratione. pag. 279.

DE

Natiuitate Domini. pag. 279.
Negligentia. pag. 282.
Nobilitate. pag. 283.
Nocte. pag. 283.
Nuptijs. pag. 284.

DE

Obedientia, & eius oppoſito. pag. 285. & 287.
Oblationibus. pag. 287.
Occaſionibus. pag. 288.
Oculis. pag. 289.
Odio. pag. 290.
Operibus. pag. 290.
Operibus miſericordiæ. pag. 297.
Oratione. pag. 299.
Alios aliorũ orationibus adiuuari. pag. 301.
Otio. pag. 313.

DE

Paradiſo. pag. 314.
Paſchate. pag. 315.
Paſſione Domini. pag. 315.

Paſto-

Paſtoribus animarum. pag.316.
Patientia Dei. pag.318.
Patientia in ſuſtinendo & expectando Deū. pag.319.
Patientia in malis ſuſtinendis. pag. 320.
Patribusfam. pag.321.
Patria noſtra. pag.326.
Paulo apoſtolo. pag.327.
Pauperibus. pag.327.
Pace. pag.336.
Peccatoribus. pag.340.
Peccatis. pag.341.
Peccatis ſeptem capitalibus, vide in ordine alphabeti.
Pecunia. pag.350.
Peregrinatione. pag.350.
Perſecutione. pag.353.
Perſecutione quandoque fugienda. pag.356.
Perſeuerantia. pag.358.
Petitione. pag.359.
Petro apoſtolo. pag.361.
Philoſophis Chriſtianis. pag.362.
Pietate. pag.362.
Pœnitentia. pag.365.
Pontifice. pag.369.
Poteſtate. pag.370.
Præceptis Dñi. pag.371.
Prædeſtinatione. pa.373.
Prædicatoribus. pa.373.
Prælatis. pag.375.
Præmio. pag.376.
Preſbyteris. pag.377.
Primitijs. pag.377.
Prodigijs. pag.379.
Prophetis. pag.379.
Proximis. pag.381.
Pſalmis. pag.384.
Pupillis. pag.384.

DE

QVadrageſima. pag. 385.
Quatuor anni temporibus. pag.487.
Quærendo Domino. pag.388.

DE

RApina. pag.391.
Reconciliatione. pag.392.
Regno Dei. pag.393.
Religione. pag.394.
Remuneratione bonorum operum. pag.395.
Renunciatione. pag.395.
Reſtitutione. pag.396.
Reſurrectione Chriſti. pag.396.
Reſurrectione mortuorum. pag.397.
Retributione. pag.399.
Regibus. pag.400.
Reliquijs. pag.404.
Ritu. pag.405.
Roma. pag.405.

DE

DE

Sacerdotibus. pag. 406.
Sacramentis. pag. 409.
Lege & ordinē alphabeti.
Sacrificijs. pag. 410.
Salomone. pag. 410.
Salute. pag. 411.
Sanctis. pag. 412.
Sapientia. pag. 415.
Scandalo. pag. 419.
Scientia. pag. 420.
Scriptura ſacra. pag. 421.
Senectute. pag. 423.
Senſibus quinq;. pa. 424.
Sepeliendo mortuos. pag. 425.
Seruis. pag. 428.
Sequēdo Chriſtū. pa. 428.
Simplicitate. pag. 431.
Simulatione. pag. 432.
Sobrietate. pag. 433.
Sodomia. pag. 434.
Solicitudine. pag. 434.
Somno. pag. 437.
Somnijs. pag. 438.
Sortibus. pag. 438.
Spe. pag. 439.
Spiritu ſancto. pag. 442.
Spiritu hominis. pa. 444.
Stultitia. pag. 445.
Superbia. pag. 446.
Superſtitione. pag. 450.

DE

Talento. pag. 451.
Templo. pag. 451.
Tentatione. pag. 455.
Terra. pag. 459.
Teſtimonio. pag. 460.
Timore. pag. 461.
Tormentis. pag. 466.
Tribulatione. pag. 468.
Triſtitia. pag. 474.

DE

Vanitate. pag. 474.
Verbo. pag. 475.
Veritate. pag. 479.
Veritate quandoq; diſſimulanda. pa. 482.
Via. pag. 484.
Victoria. pag. 488.
Viduis. pag. 489.
Vigilantia. pag. 491.
Villicatione. pag. 492.
Vindicta. pag. 492.
Virginitate. pag. 495.
Virtute. pag. 499.
Vita. pag. 500.
Vitæ breuitate. pag. 503.
Vita æterna. pag. 504.
Vitijs. pag. 506.
Vnanimitate. pag. 507.
Vnctione. pag. 508.
Extrema vnctione. p. 508.
Vocatione. pag. 508.
Voluntate. pag. 509.
Voluptate. pag. 512.
Voto. pag. 513.

DE

Zacchæo. pag. 515.
Zelo. pag. 516.

FINIS.

IN DEI NOMINE MARIAE VIRGINIS ET SANCTORVM OMNIVM.

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

ABel ab Abel iuſto exordium ſumpſit eccleſia. Dñica Septuage. lect.7. Greg. hom.19. in Euang. littera k. L. tom.2.

Abraham quàm magnus vir fuerit, & multarum virtutum clarus Abraham, & quid nobis circa eum conſiderandũ. Dñica Quinquag. lect.4.5. & 6. Ambr. lib.1. tom. 4.cap.2. littera B. C.

Abnegare ſe ipſum hominem, Vide in verb. Sequi Chriſtum. verſ. ſi quis vult.

Abstinentia. Quæ bona ex abſtinentia procedant. Dñica 3. Aduen. lect.4.5.& 6. Leo ſerm.2.de Ieiun.10. menſ. & coll. eiuſd.

Abſtinere debemus ab omni luxu, ebrietate & laſciuia. Dñica in Alb. lect.4. Aug. ſerm.157. de tempore, littera L. M. tom.10. Vide in verb. Ebrietas.

Quod corporali abſtinentia non acquiritur, mentis puritate quærendum eſt. Ibid. lect.4.

In abſtinentia, patientia eſt miniſtranda. Fer.6. infra octa. Aſcenſ. lect.2. Petr.2. cap.1. Lege & ibid. virtutum contextum.

Quàm commendentur ſancti, qui præ alijs virtuti-

bus abſtinentiæ gloriati fuerint anguſtijs. In Com. Confeſſ. Pont. lect. 5. Maxim. hom. 2. de S. Euſebio.

Ex ipſa abſtinentia humani fauores non ſunt expetendi. In Com. Virg. lect. 9. Grego. in Euang. hom. 12. littera D. tom. 5. In verb. Ieiuniū, & Quadrageſima. verſ. in hoc ſeculo. cum ſequenti.

EXEMPLA.

Aegidius ſtirpis Regiæ herbarū radicibus veſcebatur, & ceruæ lacte nutriebatur, quæ ſtatis horis ad eū veniebat. In eius feſto die prima Septembris. lect. 3. ex eius geſtis.

Baſilius abſtinentia & continentia fuit admirabili. In eius feſto die 14. Iunij. lect. 6. ex Amphil. de eius vita. In verb. Veſtimenta, Ieiunium, Oratio, & Virginitas. In Exempl. verſ. Baſilius.

Hieronymus in vaſtam Syriæ ſolitudinem ſeceſſit, & ibi aſſidua abſtinentia ſe in lachrymarum & corporis afflitione diſcruciauit. In eius feſto die 30. Septembris. lect. 5. vitam primus ex eius libris collegit Victori.

Hilarion nondum qūintum decimum annum egreſſus in ſolitudinem extructa exigua caſa, quæ vix ipſum caperet, humi iacebat, paucas ficūs, & ſuccum herbarum ad victum adhibebat, nec illis ante Solis occaſum veſcebatur. In eius feſto die 21. Octobris. lect. 2. & 3. ex Hierony. in vita Hilario. tom. 1. littera D. B. In verb. Mors, Veſtimenta, & Tentatio. in Exempl. verſ. Hilarion.

Paulus Eremitarum auctor, cum xv. eſſet annorū in Eremi ſpeluncam ſe contulit, vbi palma victum & veſtitum præbente vixit ad centeſimum & decimum tertium annum. In eius feſto die 15. Ianuarj.

lect.

lect. 4. ex Hier. tom. 1. in vita Pauli. littera C. D.

Ioannes Baptiſta teneris ſub annis deſertum petijt tegmento cameli inductus locuſtis ſe paſcens. Hym. Antra deſerti, ad Mat. in eius feſto die 24. Iunij.

Iacobus frater Domini cognomento iuſtus ab ineunte ętate vinum non bibit, & carne abſtinuit, nũquam tonſus eſt, nec vnguento, nec balneo vſus. In eius feſto die 1. Maij. lect. 5. Euſeb. lib. 2. cap. 22. Hierony. in Catala. de ſcriptor. eccleſia.

Nicolaus epiſcopus abſtinentiam ſemper coluit. In verb. Epiſcopus. verſ. Nicolaus. in Exempl.

Rogemus Dñm, vt qui per abſtinentiam maceramur in corpore, per fructum boni operis reficiamur in mente. Oratio fer. 5. Dñicæ 1. Quadrag. & quod ab eo obtinere abſtinendo nitimur, hoc bonis operibus exequamur. Oratio Dñicæ 1. in Quadrag.

A C

ACCEPTATIO perſonarum. Deus non eſt perſonarum acceptator. Fer. 3. Dñicæ 4. Aduent. lect. 1. Iſa. cap. 24. In feſto S. Sylueſt. 31. Decembris lect. 3. ad Rom. 2. Sab. Dñicæ 3. poſt Epipha. lect. 2. ad Epheſ. 6. & Sab. Dñicæ 1. poſt Paſcha. lect. 3. Act. Apoſt. 10.

Excludit à fidelibus Iacobus perſonarum acceptationem per quam indebite honor exhibetur. Fer. 3. Dñicę 4. poſt Paſcha. lect. 1. epiſt. can. Iaco. cap. 2.

Si perſonam accipitis, dicit idem, peccatum operamini, & legis eſtis tranſgreſſores. lect. 2. Ibid. fer. 3. Dñicæ 3. Aug. lect. 2. Sap. cap. 6. In verb. Cor. verſ. cor intuetur Dñs. verb. Solicitudo. verſ. puſillũ.

ACCIDIA. Vide Negligentia.

A D

ADAM Quod cecidit in Adã primo, in ſecũdo erigitur. Dñica 4. Aduent. lect. 4. Leo ſerm. 1. de

Ieiun. 10.menſ. & coll. In offi.Bea. Mar. in Sab.de menſ. Iunij. lect.3. Berna. de verb. Apocaly. 12. Signum magnum in init. In feſto Aſſumpt. eiuſd. lect. 4. Athan. ſerm. in Euang. de ſanct. noſtra Deipara. ſub fi. & 5. die infra octa. Natiuit. lect. 6. ex lib. S. Epiphan. aduerſus hæreſes.

Vetus Adã in aquis à Chriſto eſt ſepultus. In octa. Epiph.lect.5. Greg.Nazian. ſerm. in ſancta luminar.

Adolescentia. Bonum eſt viro cum portauerit iugũ ab adoleſcentia ſua. Sab. ſan. lect. 1. Hierem. 3. Vide in verb. Cogitatio. verſ. ſenſus.

Adoleſcens loquere in tua cauſa vix cum neceſſe fuerit, ſi bis interrogatus fueris, habeat caput reſpõſum tuũ. Sab. Dñicę 5. Aug. lect. 2. Eccleſiaſti. 32.

In multis eſto quaſi inſcius, & audi tacens ſimul & quærens. lect. 3.

In medio magnatorũ loqui non præſumas, & vbi ſunt ſenes, non multum loquaris. Ibid. in verb. Via. verſ. in quo corrigit. & in verb. Iuuenis.

Adoleſcentulæ quales eſſe debent. In Com. Conf. Pont. lect. 1. ad Thim. 1. cap. 3.

Adoratio. In verb. Angeli. verſ. angelus, cum ſequenti. Templum, &, Honor. verſ. conqueritur. & in verb. Superſtitio.

Admonitio. In verbo, Correptio. & in verbo, Chriſtus. verſ. aliquando.

Adventus. In aduentu regni Dei, & in mundi fine quid diſcipulos ſuos inſtruens Dominus, totamque eccleſiam ſuam in apoſtolis erudiens cauendũ nos docuerit. Dñica 1. Aduent. lect. 4. Leo ſerm. 8. de Ieiun. 10. menſ. & eleemoſ.

Sperabat Paulus quòd Deus confirmaret Corinthios vſque in finem ſine crimine in die Aduentus Domini noſtri. Dñica 1. poſt Ephip. lect. 2. ad Corinth.

rinth. 1. cap. 1. In verb. Opera. & ibid. verſ. in aduentu. & in verb. Iudicium.

Quid rogandum ne pro criminum qualitate tunc arctemur malis, ſed cœlo tandē fruamur. Legantur hymni, Conditor alme ſyderū. Sab. ad Veſp. Dñicæ 1. Aduen. ex Ambroſ. Verbum ſupernum. Ibid. ad Matut. Vox clara. ad Laud. &, Æterne rex altiſſime. In feſto Aſcenſ. ad Matut.

Adversitas. Vide in verb. Afflitio, &, Iniquitas. verſ. nulla. Mala. verſ. lætati ſumus. & verſ. quod mala. Electio. verſ. electi ad æternam fœlicitatem. Tribulatio, &, Correprio. verſ. aduerſi caſus.

Adulatio. Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo (ait Propheta) mala autem in corde ſuo. Pſal. 27. Ad te Domine clamabo. Fer. 2. ad Matut.

Mihi quidem (ait idem) pacifice loquebantur, & in iracundia terrę loquentes dolos cogitabant. Pſal. 34. Iudica Domine. Fer. ead. ad Matut.

Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, ipſi vero ſunt iacula. Pſal. 54. Exaudi Deus orationem meā. Fer. 4. ad Matut.

Ore ſuo benedicebāt, & corde maledicebant. Pſal. 61. Nonne Deo. Fer. ead. ad Matut.

Oleū peccatoris, dicit idem, non impinguet caput meum. Pſal. 140. Dñe clamaui. Fer. 6. ad Veſper.

Ait Paulus ſe nūquam fuiſſe in ſermone adulationis. Fer. 5. Dñicæ 4. poſt Epiph. lect. 3. ad Theſſal. 1. In verb. Correptio. verſ. melius. Homo. verſ. Dominus diſſipat. cū ſequen. Perſecutio. verſ. duo ſunt.

Adulterium. Adulteri regnū Dei nō poſſidebūt. Fer. 4. Dñicæ 1. poſt Epiph. lect. 2. ad Corin. 1. c. 6.

Nullius torus violandus. In Com. vni. marty. in alijs lecti. lect. 4. ex Ambroſ. ſuper Pſal. 118. tom. 4. ſerm. 21. littera C. D.

Adulterari nefas eſſe & iniquitatē maximam. Fer. 4. Dñicæ 2. Septembris. lect. 2. Iob cap. 31.

Quid ſibi imprecabatur Iob ſi id ſcelus cõmiſiſſet. Ibid. in verb. Fornicatio, &, Peccatum. verſ. quæ peccata.

A E

AEMVLATIO. Vide Inuidia.

AETAS. In verb. Regnum Dei. verſ. nulla re gno Dei.

Aetates mundi. In verb. Mundus. verſ. mundi æta tes.

A F

AFFECTVS. Qui quod habet pro Deo relinquit, & ſi parui ſit momenti, multū tamen relinquit, cum affectus in hoc penſetur. In feſto S. Andreæ die vlt. Nouembris. lect. 9. Greg. hom. 5. littera B. tom. 2. lege in feſto S. Baſilij die 14. Iunij. lect. 7. Baſilius lib. Regular. fuſius explicatarum ad interrog. 8. in Reſp. poſt init.

Si nõ ardemus corpore pro Chriſto, vt Laurentius, ardeamus affectu. die 1. infra octa. S. Lauren. lect. 5. Aug. ſerm. 36. de ſanct. qui eſt primus de S. Lau rent. littera B. C. tom. 10.

Nullo doli ambitu ſincerus adulterandus eſt affectus. In feſto Concept. Virg. die 8. Decemb. lect. 5. ex Ambr. lib. 2. de Virg. littera C. D. tom. 1.

Quis locus in Euangelio ſpiritualem videtur formare affectum. Fer. 5. infra octa. Pent. lect. 1. Ambroſ. lib. 6. in cap. 9. Lucæ.

Quòd affectus à Domino videatur. In Anniuerſ. Dedicat. eccl. lect. 8. Ambroſ. lib. 8. in Luc. littera E. F. tom. 4. cap. 18. in verb. Caro. verſ. qui carnis. Scandalū. verſ. omnis. lect. 2. fer. 6. quatuor Temp. Septembris. Greg. hom. 33. littera G. tom. 2. Renunciatio.

nunciatio. verſ. qui terrenis.

Afflictio. Præuenerunt me inimici mei, ait Propheta, in die afflictionis meæ, & factus eſt Dominus protector meus. Pſal. 17. Diligã te Domine. Dñica ad Matut.

Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis. Pſal. 37. Domine ne in furore. il 2. fer. 2. ad Matut.

Saluaſti nos, ait idem, de affligentibus nos, & odio nos confudiſti. Pſal. 43. Deus auribus noſtris. Fer. 3. ad Matut.

Humiliaſti nos, ait idem, in loco afflictionis. Ibid. vide in verb. Humilitas.

Quid imprecatur Propheta eis, qui quẽ Deus percuſſerant, perſecuti ſunt. Pſal. 68. Saluum me fac. Fer. 5. ad Matut. in verb. Conſcientia. verſ. fœlix conſcientia.

Non irrideas hominem in amaritudine animæ, eſt enim qui humiliat & exaltat circumſpector omniũ. Fer. 2. Dñicæ 5. Aug. lect. 3. Eccleſiaſti. cap. 7.

Iuſte pro peccatis nos affligi. Oratio Dñicæ Septu.

Ex merito noſtrę actionis affligi. Oratio Dñicæ 4. in Quadrag. cuius gratia reſpiramus. Ibid. in verb. Flagella, Perſecutio, Tentatio, &, Tribulatio.

Rogemus ergo Dominum, vt Chriſti interueniente paſſione, ne in tot aduerſis noſtra infirmitate deficiamus, reſpiremus. Oratio fer. 2. maior. hebdo.

Ac obnixe precemur, vt vniuerſa nobis aduerſantia propitiatus excludat, vt mente & corpore pariter expediti, quę eius ſunt liberis mentibus exequamur. Oratio Dñicæ 19. poſt Pent.

Suaque pietate continua cuſtodiat, & eius familia à cunctis aduerſitatibus, eo protegente, ſit libera, & in bonis actibus eius nomini ſit deuota. Oratio Dñicæ 21. poſt Pent.

Aflictos conſolari, Vide Conſolatio.

A L

ALtare. Syluester decreuit vt altaria niſi ex lapide non ædificarentur, & quo tempore. In feſto Dedicat. Baſil. Saluat. die 9. Nouemb. lect.4.& ſequenti.

Cur chriſmate vngeretur, & quid ſignificaret. Ibid. in verb. Feſtiuitas, &, Eccleſia. verſ. diebus octo.

A M

AMbitio. Ars ambitioſorum quæ ſit. Fer. 5. poſt diem Cine. lect. 2. Aug. lib. 2. de conſen. Euangel. cap. 20. littera C. D. E. tom. 4. lege in fer. 4. Ciner. lect. 2. Augu. de ſerm. Dñi in Mon. littera L. M. tom. 4. in verb. Prælati. verſ. caueamus. verb. Cor. verſ. regnat Dominus. in verb. Dignitas, Gloria, Electio, &, Honor, verſ. honoris appetentia. & verb. Simplicitas, &, Simonia. verſ. Iaſon. verb. Auaritia. verſ. quid imprecetur.

Amicitia. Probabilis ea dicitur amicitia, quæ honeſtatem tuetur. Dñica 5. Septembris. lect. 5. ex lib. Offi. S. Ambroſ. cap. 15. & 16. lrã E. C. to. 1.

Pręferenda eſt ſane opibus, honoribus, poteſtatibus; honeſtati vero pręferri non ſolet, ſed honeſtatẽ ſequi. Ibid.

Num quiſquam pro amico contra patriam ſentire debeat? Ibid. lect. 6. in verb. Honeſtas, &, Teſtimonium.

Nullus nobis amicior Chriſto. Fer. 2. in Rogatio. lect. 1. Idem lib. 7. in Luc. littera E. F. tom. 4.

Amici in Deo ſunt diligendi. In Com. Apoſto. in alijs lecti. lect. 8. Greg. hom. 27. littera I. tom. 2.

Amicos ſuos vocat Dominus, qui faciunt quæ ipſe præceperit. Antiph. ad Laud. in eod. Com. in verb. Charitas. in Exempl. verſ. maiorem charitatem.

De amicitia huius mundi. In verb. Mundus. verſ. qui vult.

EXEMPLA.

AMici Iob quàm grauiter eius dolore condoluerint. Fer. 3. Dñicæ 1. Septemb. lect. 3. Iob ca. 2

Quàm chari amici fuerint Dauid & Ionathas. Fer. 6. Dñicæ 4. poſt Pent. lect. 1. 2. & 3. Reg. 1. cap. 20. & præalleg. Dñica 5. Septemb. lect. 5. Vide & in verb. Honeſtas.

AMOR. In verb. Dilectio, &, Proximus.

A N

ANGVSTIA. In anguſtijs pro Chriſto gloriabatur Paulus. Fer. 6. Dñicæ 2. poſt Epiph. lect. 3. ad Corinth. 2. cap. 12. Vide iu verb. Aduerſitas, Afflitio, &, Tribulatio.

ANIMA. Sitiuit in te anima mea, ait Propheta, quàm multipliciter & caro mea. Pſal. 62. Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Dñica ad Laud.

Anima mea, ait idem, in manibus meis ſemper. Pſal. Quomodo dilexi. Dñica ad Sext. in verb. Lingua. verſ. hominis eſt.

Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua, & dilexit ea vehementer. Pſal. Principes. Dñica ad Non.

Viuet anima mea, & laudabit te. Ibid.

Anima noſtra ſubſtinet Dominum, quia adiutor, & protector noſter eſt. Pſal. 32. Exultate iuſti. Fer. 2. ad Matut. verb. Patientia. verſ. in patientia.

Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita (dicit Propheta) deſiderat anima mea ad te Deus. Pſal. 41. Quemadmodum deſiderat. Fer. 3. ad Matut.

Sitiuit anima mea ad te Deũ fontem viuum, quãdo

do veniam, & apparebo ante faciem Dei? Ibid. in verb. Spes. verſ. quare triſtis es.

Non ne Deo, dicit Propheta, ſubiecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meũ. Pſ. 61. Nõ ne Deo. Fer. 4. ad Matut. in verb. Quęrere Deũ. verſ. quærite Dñm. in verb. Oculus. verſ. ad te Domine, Dñe.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiũ, laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Pſal. 123. Niſi quia Dominus. Fer. 3. ad Veſpe.

Educ de cuſtodia animam meam, ait idem, ad cõfitendum nomini tuo: me expectant iuſti donec retribuas mihi. Pſal. 141. Voce mea. Fer. 6. ad Veſp. in verb. Habitatio. verſ. heu me. & verſ. habitationẽ. Virtus. in princ. in verb. Mors. verſ. conſcidiſti, &, egredere, cum ſequentibus.

Quomodo anima in aula mentis poſſit diuinæ vacare ſapientiæ, & in meditationibus ſanctis, & in delitijs lætari æternis. Dñica 1. Aduent. lect. 6. Leo ſerm. 8. de Ieiun. 10. menſ. & eleemoſ. in verb. Sapientia. verſ. Deus eſt.

Animarum genus virtutes ſunt ſicut hominum genus homines. Dñica in Sexag. lect. 6. Ambroſ. de Noe & arca cap. 4. littera G. H. I. tom. 4 in verb. Nobilitas.

Animæ credentiũ à dæmonio vexabantur. In verb. Dæmon. in princ.

Animam ſuam pro nobis poſuit Deus, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Fer. 2. poſt Dominicam infra octa. Aſcenſ. lect. 3. Ioan. 1. cap. 3.

Animam perire non vult Deus, ſed retractat cogitans ne penitus pereat qui abiectus eſt. Fer. 3. Dñicæ 6. poſt Pent. lect. 2. Reg. 2. cap. 14. Vide in verb. Peccator. verſ. non vult Deus.

Animam amare & odiſſe in hoc mundo quomodo in-

intelligitur. In feſto S. Laurentij die 10. Aug. lect. 7. & 8. Aug. tract. 51. in Ioan. littera E. F. tom. 9. & in Octa. lect. 8. & 9. Ioa. Chryſ. hom. 66. in Ioa. littera B. C. tom. 3 lege in feſto Transfig. Dñi die 6. Aug. lect. 7. & 8. Idem in Matth. hom. 57. littera D tom. 2.

Magna eſt dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis ſuæ in cuſtodiam ſui Angelum delegatum. In Dedica. Michael. die 29. Sept. lect. 9. Hier. lib. 3. in Matt. cap. 18. littera H. B. D. tom. 9. in verb. Vnctio. in princ. quæcunque.

Qui ſunt hoſtes animæ ſuæ. In verb. Peccatũ. verſ. qui faciunt. Iniquitas. verſ. qui diligit. Voluntas. verſ. ſi quid anima. Verbum. verſ. animæ lauandæ.

Dicamus ergo cum Propheta: Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi, & animas pauperum ne obliuiſcaris in finẽ. Pſal. 73. Vt quid Deus. Fer. 5. ad Mat.

Miſerere mei Domine (dicat vnuſquiſque) & ſana animam meam, quia peccaui tibi. Pſal. 40. Beatus qui intelligit. Fer. 3. ad Matut.

ANIMVS. Laborandum eſt vt ſe ſe animus auellat ab eis quibus peſtifera dulcedine innexus eſt. die 4. infra octa. Om. Sanct. lect. 7. Aug. de ſerm. Dñi in Mon. lib. 1. littera k. L. M. tom. 4. in verb. Arundo, Duplicitas, &, Triſtitia. verſ. fœlix.

ANGELI. Miſit Dominus iram indignationis ſuæ per angelos malos. Pſal. 77. Attendite. Fer. 5. ad Matut. in verb. Timor. verſ. immittet angelus. Templũ. verſ. in conſpectu angelorum.

Angeli à Domino ad tuendum gregem, non ſolum epiſcopi ſunt ordinati. In feſto Natiuit. Dñi. lect. 8. Ambroſ. lib. 2. Cõm. in Luc. littera E. F. tom. 4.

Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſteriũ miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis.

Dñica 6. poſt Epiph. lect.3. Paul. ad Hebrę. cap.1. in verb. Anima. verſ. magna.

Qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentē. Pſal.103. Benedic.il 2. Sab. ad Mat.

Angelorum vocabulum nomen eſſe officij, non naturæ. In Dedicat. Michael. die 29. Septemb.lect. 5. & 6. Greg. hom.34. littera K. L. tom. 2.

Nouem eſſe angelorum ordines. lect.4.

Angelos mitti in adiutorium aliorum angelorum. lect.3. Dan. cap.7.

Cur non Angelus, ſed Archangelus ad Mariã miſſus ſit. lect.5.

Locos etiam eſſe in angelorũ tutela. In feſto Apparit. S. Mich. die 8. Maij .lect.6. ex hiſtoria Apparit.

Angeli quæ audierint, non quæ vſurpauerint, nunciant. In Natiui. Ioan.Bapt. die 24. Iun. lect.9. Ambroſ. lib. 2. in Luc. littera D. E. tom.4.

Michael conſtitutus eſt princeps ſuper omnes animas ſuſcipiendas. Antipho.3. ad Laud. in die feſto Dedicat.Michael. in verb. Tentatio. verſ. per Angelum Raphaelem.

Qui ad angelorũ ſocietatem pertingere deſperant. In verb. Caro. verſ. carnalibus.

Offerunt orationes Dño. Fer.5.Dñicæ 3.Septemb. lect.3. Tob. ca.12.

Angelus à Ioanne noluit adorari, cum diceret ſe conſeruum eſſe illius & fratrum eius habentium teſtimonium Iesv, ſed Deum eſſe adorandum. Fer.6. Dñicæ 3. poſt Paſcha. lect.2. Apoca. ca.19.& Sab. eiuſdem fer. lect.2.cap.22.

In conſpectu gentium nolite timere; vos enim in cordibus veſtris adorate & timete Dominum. Angelus enim eius vobiſcum eſt. Reſp. lect.7.in die feſto Dedicat.

In

In angelis ſuis Deus reperit prauitatẽ. Fer. 5. Dñicæ 1. Septemb. lect. 3. Iob cap. 4.

Hos in iudiciũ magni Dei vinculis ęternis ſub caligine reſeruauit. In vig. Pent. lect. 2. epiſt. B. Iudæ c. 1.

Rogemus ergo Dominum, vt qui miro ordine, angelorum miniſteria, hominumque diſpenſat, concedat propitius, vt quibus ei miniſtrantibus in cœlo ſemper aſſiſtitur ab his in terra vita noſtra muniatur. Oratio in feſto Dedicat. Michael.

Anni. Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Cant. Ezech. Ego dixi. Iſai. c. 31. Fer. 3. ad Laud.

Mille anni ante oculos Domini tanquam dies eſt, quæ præterijt. Pſal. 80. Domine refugiũ. Fer. 5. ad Laud. in Sab. infra octa. Aſcenſ. lect. 2. Pet. 2. c. 3.

Dies noſtri defecerũt anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. Ibid.

In Potentatibus 80. anni & amplius eorũ labor & dolor. Ibid. in verb. Vita, Honor, &, Tempus.

A P

Apostoli. Cur Apoſtoli à Chriſto ſal terræ dicti ſint, & quid per hoc ſignificetur. In feſto S. Hilarij die 14. Ianua. lect. 8. & 9. Idẽ Hilarius Com. in Matt. can. 5. in feſto S. Greg. die 12. Mart. lect. 7. 8. & 9. Idem ex hom. 17. littera A. B. tom. 2. S. Hiero. vlt. Septemb. lect. 7. Idem ex hom. in Matth. lib. 1. cap. 5. litera D. E. tom. 9. S. Ioan. Chryſ. 27. Ianua. lect. 7. 8. & 9. Idem hom. 15. in Matth. lr̃a B. C. tom. 2. In Com. Doct. lect. 7. & 8. Aug. lib. 1. de ſerm. Dñi in monte. c. 10. tom. 4. lr̃a F. G. in verb. Sal.

Dicuntur Dij. In verb. Dij.

Portæ dicuntur & fundamenta. In Com. Apoſt. in alijs lect. lect. 4. 5. & 6. Greg. in Ezech. hom. 3. lr̃a G. H. tom. 2.

Cur ſunt quatuor facies vni,& quatuor pennę vni? In Com. Euang. lect.4.5.& 6. Greg. in Ezech.hom. 3. littera G. H. tom.2.

Aduertendum eſt cœleſte conſilium in apoſtolorũ electione cur non ſapientes, diuites, & nobiles elegerit, quos ad propagandum auxilium ſalutis humanæ per terrarum orbem ſatores fidei deſtinaret, ſed piſcatores & publicanos. In feſto S. Bartholomæi die 24. Aug. Romæ 25. lect.9. Ambr. lib.5.in Luc. littera B. C. D. tom.4. In verb.Poteſtas apoſtolica, &, Sedes apoſtolica. Vide & in verb.Electio.

A Q

AQVA BENEDICTA. Alexander Rom. Pont. inſtituit, vt aqua benedicta ſale admixto perpetuo in eccleſia aſſeruaretur, & in cubiculis adhiberetur ad fugandos dęmones. In feſto Sanctę Crucis, die 3. Maij. lect.9. ex Geſtis.

AQVILA. Cur Ioannes Apoſtolus aquilæ compararetur. In Octa. S. Ioannis Apoſtoli. lect.4.5.& 6. Aug. in Ioan. tract.36. littera B. D. M. A. tom.9.

Cur aquilæ illi de pſalterio cuius innouata legitur iuuentus comparetur Saluator? Fer.3. infra Octa. Aſcenſ. lect.4.5.& 6. Max. hom.2. de Pent.

A R

ARBOR fici. Vide Ficus.

ARMA. Militiæ noſtræ arma non debent eſſe carnalia. Fer.5. Dñicæ 2. poſt Epiph. lect.2. 2. ad Corinth. cap.10.

Cur Dei armaturam indui debemus. Sab. Dñicæ 3. poſt Epiph. lect.3. Paul. ad Epheſ. cap.6. Vide in verb. Chriſtianus. verſ. habet Chriſtianus. & in verb. Diabolus. verſ. Chriſtianorum populus. cum ſequenti.

Arma lucis induamur abiectis operibus tenebrarũ

vt in die honeſte ambulemus, & in quibus ſit ambulandum. Dñica in Alb. lect. 5. Aug. ſerm. 757. in ord. de temp. 157. littera L. M. tom. 10. verb. Veſtimenta.

Id exclamabat Cæcilia, dum aurora finem daret: Abijcite opera tenebrarum, & induimini arma lucis. Antiph. ad Benedict. in eius feſto die, 22. Nouembris.

Arogantia. Vide Superbia.

Ars Magica. Nulla ars nec magica mago poteſt procedere aduerſus eos, qui Chriſtum colunt. In feſto SS. Cypriani & Iuſtini. lect. 2. die 26. Septemb. ex Paſſio. Vide & in verb. Oratio. in Exempl. verſ. Petrus.

Arvndo. Quid per arundinem vento agitatã deſignetur. In Dñica 2. Aduent. lect. 9. Greg. hom. 6. littera H. I. tom. 2.

Ascensio. Eleuata eſt magnificẽtia tua ſuper cœlos. Pſal. 8.

Domine Dominus noſter. Dñica ad Matut.

Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cœlo ſedes eius. Pſal. 10. In Dño confido. Ibid. ad Matu.

A ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius vſq; ad ſummũ eius. Pſal. 18. Cœli enarrãt. Ibid. ad Mat.

Exaltare Domine in virtute tua. Pſal. 20. Domine in virtute. Ibid. ad Matut.

Attollite portas principes veſtras, & introibit Rex gloriæ. Pſal. 23. Dñi eſt terra. In Fer. off. ad Prim.

Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me. Pſal. 21. Fer. 2. ad Matut.

Aſcendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ. Pſal. 46. Omnes gentes. Fer. 3. ad Matut.

Aſcendiſti in altum, cœpiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus. Pſal. 67. Exurgat Deus. Fer.

4. ad

4. ad Matut.

Quæ fuerint hæc dona, quæ hominibus dederit Deus. Fer. 4. infra octa. Aſcenſ. lect. 9. Greg. hom. 29. littera I. K. tom. 2.

Pſallite Deo, qui aſcendit ſuper cœlum cœli ad orientem. Ibid. Exurgat Deus.

Qui educit vinctos in fortitudine. Ibid.

Nimis exaltatus es ſuper omnes deos. Pſal. Dominus regnauit, exultet terra. Fer. 6. ad Matut.

Dominus in Sion magnus & excelſus. Pſal. 98. Dominus regnauit, iraſcantur populi. Sab. ad Matut.

Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam. Pſal. 102. Benedic anima mea Domino, & omnia. Ibid ad Matutinum.

Qui ponis nubem aſcenſum tuum qui ambulas ſuper pennas ventorum. Pſal. 103. Benedic. Ibid. ad Matutinum.

Quomodo Chriſtus aſcenderit vel aſſumptus fuerit in cœlum. In feſto Aſcenſ. lect. 1. 2. & 3. Actu apoſt. cap. 1. & lege in fer. 4. infra Octa. lect. 4. 5. & 6. Gregor. Nyſen. in oratione de Aſſump. Domini nonnullis mutatis; quæ etiam habetur inter orationes à Petro Franciſco Zino Veronen. trāſlatas.

Aſcenſio Chriſti noſtra eſt prouectio. lect. 6. in dicto feſto Aſcenſ. Leo ſerm. 1. de Aſcenſ. Dñi in init.

Per hanc paradiſi poſſeſſores firmati ſumus, & cœlorum ſuperna in Chriſto penetrauimus. Ibid.

Hæc debet eſſe nobis gaudiorum materies, & quare? Fer. 6. infra Octa. lect. 5. & 6. Leo ſerm. 2. de Aſcenſ.

Per fidem aſcenſionis quàm mirabilia acta ſint vſque etiam ad ſanguinis effuſionē. Sab. infra octa. lect. 4. 5. & 6. Idem ſerm. eod.

Corde interim cum Chriſto aſcenditur in cœlum,

vt

vt cum dies eius promiſſus aduenerit, ſequamur & corpore. Dñica infra octa. lect.4. Aug. ſerm.175. in ord. & 2. de die, littera I.K. tom.10. & in octa. lect.9. Greg. hom.29. littera L. M. tom.2. & fer.6. poſt octa. lect.5. Aug. ſerm.176. vt infra.

Quæ cum Chriſto in cœlum non aſcendunt. Ibid. lect.4. & fer.6. poſt octa. lect.6. Aug. ſerm.176.in ord. de temp. & 3. de die, littera C. D. tom. eod.

Per Chriſti in cœlum aſcenſionem quàm ſit exaltata natura humana. Fer.2. Dñicæ infra octa. lect. 4.5.& 6. Ioan. Chryſ. ſerm. de Aſcenſ. Dñi. littera B. tom.3. lege & fer.6. poſt octa. lect.1. & 2. Aug. ſerm.176.

Huius aſcenſionis prænuncios, & teſtes habere voluit, & cur? & qui fuerint, lege lect.7.8.& 9.fer.2. poſt Dñicam infra octa. Greg. hom.29. littera F. G. tom.2.

Cur vulnera ſuſcepta pro nobis cęlo inferre voluit quàm abolere? Fer.3. Dñicæ Reſur. lect. 2. Ambr. lib.10. in Luc. lr̃a H. I. K. tom.4. Vide & in verb. Crux. verſ. cur Dominus.

Cur poſt Aſcenſioné dicitur à Marco ſedere à dextris Dei, & Stephanus dicit; Video cœlos apertos, & Iesvm ſtantem à dextris Dei? Fer.3. poſt Dñicã Aſcenſionis,lect.7.& 8,Greg.hom.29.lr̃a H.tom.2.

Aſcenſio Chriſti quomodo catholicæ fidei fuerit firmamentum. In octa. Aſcenſ. lect.4.5. &6. Aug. ſerm.176. vt ſupra. Idem in Euſeb. Emiſ. hom.2. de Aſcenſ.

Chriſtus, vt nos redimeret, quoſdam fecit ſaltus, vt nos poſt ſe currere faceret.Ibid. lect.8.& 9.Greg. hom.29. littera L. M. tom.2.

Quomodo Chriſtũ aſcendentem ſequi debemus. Fer.6. poſt octa. lect.5. Aug. prælleg. ferm,176.

Sedet ad Patris dextram, & pro nobis interpellat. In Com. plur. marty. lect. 2. Paul. ad Rom. cap. 8.

Rogemus Dominum, vt ſicut Redemptorem noſtrum ad cęlos aſcendiſſe credimus ipſi quoq; mēte in cœleſtibus habitemus. Oratio in feſto Aſcenſ.

A V

AVaritia: Inclina cor meum Domine (dicit Propheta) in teſtimonia tua, & non in auaritiam. Pſal. Legem pone. Dñica ad Tert.

Qui proijcit auaritiam ex calumnia in excelſis habitabit. Fer. 5. Dñicæ 3. Aduent. lect. 3. Iſai. c. 33.

Auari regnum Dei non poſſidebunt. Fer. 4. Dñicę 1. poſt Epiph. lect. 2. Paul. 1. ad Corinth. cap. 6.

Scribebat idem ad Corinthios, vt ſi is, qui frater inter ipſos nominaretur, eſſet auarus, nec cibum cū ipſo ſumerent. Fer. 3. Dñicæ 1. poſt Epiph. lect. 3. ad Corinth. 1. cap. 5.

Auaritia, præter fornicationem & immunditiam monebat Epheſios, vt non nominaretur in ipſis. Fer. 6. Dñicæ 2. poſt Epiph. lect. 1. ad Epheſ. cap. 5. Vide & in verb. Euangelium. verſ. Euangeliū ita.

Sine auaritia mores eſſe debent contenti pręſentibus, & cur? Sab. Dñicæ 6. poſt Epiph. lect. 2. Idem ad Hebræ. cap. 13.

Auaritia captiuauit Iudam Chriſti diſcipulum & comitem, captiuauit & militem cuſtodē ſepulchri. Sab. ſancto. lect. 6. Aug. in Pſal. 63. littera H. L. M. tom. 8.

Auaritia eſt idolorum ſeruitus. Dñica in Alb. lect. 1. ad Coloſſ. cap. 3.

Admonet Paulus Epheſios ne in auaritiam ſe traderent. In octa. Aſcenſ. lect. 3. cap. 4.

Omnis immundus aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.

Dei. Dñica 16. poſt Pent. lect. 9. Ambro. lib. 7. in Luc. littera H. I. tom. 4. cap. 15.

Ex præcepto Apoſtoli fugiendam eſſe auaritiam, & cur? Ibid.

Auaritia infirmat atque inflectit magnum iuſtitiæ ſplendorem, & tantæ virtutis vigorem, & quomodo? Dñica 3. Aug. lect. 4. Ambroſ. lib. Off. ca. 28. & 29. littera D. E. G. tom. 1.

Semitæ omnis auari animas poſſidentiū rapiunt. Dñica 1. Aug. lect. 3. Parab. Salom. cap. 1.

Auarus non implebitur pecunia. Fer. 5. Dñicæ 2. Aug. lect. 3. Eccleſiaſt. cap. 5. Vide & in verb. Diuitiæ, verſ. ſubſtantia.

Quod auaro nihil ſit ſceleſtius. Fer. 3. Dñicæ 5. Aug. lect. 2. Eccleſiaſti. cap. 10. & fer. 5. lect. 1. & 2. ex eod. cap. 14.

Inſatiabilis oculus cupidi in partes iniquitatis non ſatiabitur pane indigens, & in triſtitia erit ſuper menſam ſuam. Fer. 5. Dñicæ 5. Aug. lect. 2. Eccleſiaſti. cap. 14.

Delectetur cōſcientia benignorū fructibus largitatis. Dñica 3. Sept. lect. 6. Leo ſer. 9. de Ieiu. 10. mēſ.

Animos regum ad illicita voluit. Fer. 5. Dñicæ 4. Octob. lect. 2. & 3. 2. Machab. cap. 4.

Radix omnium malorum eſt auaritia. Dñica 17. poſt Pent. lect. 8. Ioan. Chryſ. in hom. 72. in Matt. littera D. A. tom. 2. Vide & in verb. Diuitiæ.

Bona temporalia. In verb. Aſcenſio. verſ. quæ cū Chriſto non aſcendunt.

Simon & Iudas propter auaritiam perierunt. Fer. 2. infra octa. Corp. Chri. lect. 5. Ioan. Chryſo. ad Pop. Antioch. hom. 60. littera C. D. tom. 5. Vide & in verb. Concupiſcentia. verſ. non concupiſces. cum ſequentib. & in verb. Oblatio. verſ. Dominus.

Tenacibus Dominus oppoſuit medicamentum lar gitatis. In Com. vni. marty. in 2. lect. lect. 7. Greg. hom. 32. littera A. B. tom. 2.

B

BAPTISMVS. In baptiſmo Chriſti remiſſionem nobis tribui peccatorũ. Sab. quatuor temporũ Aduen. lect. 3. Greg. hom. 20. in Euang. littera I. k. tom. 2.

Per baptiſmũ Chriſti regenerátis baptiſmi ſalutare munus nobis dedicatũ eſt. 4. die infra octa. Epiph. lect. 5. Maxim. hom. 1. de Epiph. Dñi lege & 4. in octa. Epiph. lect. 4. 5. & 6. Greg. Nazianz. ſerm. in ſancta luminaria. In fer. 6. Dñicę 5. poſt Epiph. lect. 2. ad Tit. cap. 3.

Lauacra puri gurgitis Cœleſtis agnus attigit; Peccata quæ non detulit, Nos abluendo ſuſtulit. Hymi. Hoſtis Herodes. ad Veſper. in Epiph.

Qui nobis per baptiſmum Donaſti indulgentiam Qui tenebamur vinculis Ligati conſcientiæ, Hym. Dñicæ in Alb. Rex ſempiternę gloriæ. ad Matu.

Licet vnus baptizetur à viro iuſto & ſancto, alius à viro inferioris meriti apud Deum, vnum tamen par & æquale eſt quod accipitur. In octa. Epiph. lect. 9. Aug. tract. 6. in Ioan. littera E. F. tom. 9.

Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. Fer. 5. Dñicæ 3. poſt Epiph. lect. 1. ad Epheſ. cap. 4.

Maculas mentis & corporis baptiſmus abluit. Fer. 2. Dñicæ 3. in Quadrag. lect. 3. Ambroſ. lib. 4. in Luc. littera K. L. tom. 4. cap. 4.

Cæcus qui à Chriſto fuit inunctus cũ lauit oculos in piſcina in Chriſto fuit baptizatus. Fer. 4. Dñicæ 4. in Quadrag. lect. 2. Aug. in Ioan. tractat. 24. lrã B. C. D. tom. 9.

Adul-

Adulti prius ſunt erudiendi & inſtruendi, quàm baptizandi, & cur? Fer. 6. Paſchæ. lect. 2. & 3. Hiero. in Matth. lib. 4. in fine, littera B. C. D. tom. 9.

Omnes qui in trinitate baptizati fuerint omnia quæcunque à Chriſto præcepta ſunt, facere debent. Ibid. lect. 3.

In baptiſmo Chriſto ſumus conſepulti. In feſto Inuent. Crucis. lect. 3. die 3. Maij. Paul. ad Coloſſ. cap. 2. & lege in di. lect. 5. in octa. Epiph.

Niſi quis renatus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei. Ibid. lect. 8. Augu. in Ioan. tract. 11. littera M. A. tom. 1.

Apoſtoli Domini fuerunt baptizati ſpiritu ſancto. In die Aſcenſ. lect. 1. Actu Apoſt. cap. 1.

Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Fer. 6. infra octa. Aſcenſ. lect. 7. Greg. hom. 29. littera C. D. tom. 2 Idē legitur in feſto SS. Cyriaci, Smaragdi & aliorū. die 8. Aug. lect. 8. Idē Greg. ibid.

Sed non ſatis eſt dicere, ego credidi, ſaluus ero, quod aliud requiratur. Ibid. vide & in verb. Fides, verſ. fides operibus eſt tenenda. & in verb. Opera. verſ. venite.

Quod in baptiſmo abrenunciare promiſerimus, num à nobis ſeruetur, conſiderandum eſt. Ibid. lect. 7. 8. & 9. Greg. hom. 29. littera C. D. tom. 2. Vide & in verb. Renunciatio. in princ.

Ex baptiſmate filij adoptionis verbo ipſi cōciliati, atque coniuncti ſumus. Dñica 5. Nouemb. lect. 3. Baſil. Magn. ſuper Pſal. 33. ad verſ. timorem Dñi. Vide in verb. Neophitus, &, Chriſtianus. verſ. Chriſtianus recordari debet.

Vndiq; in trinitate vocatur eccleſia, & nō vocatur niſi per baptiſmum In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. In Com. Apoſt. in alijs lect. lect. 6. Aug.

BIBLIOTECA NAZ.

ſuper Pſal.86. littera D. E. tom.8. Vide & in verb. Sacramentum. verſ. omnia ſacramenta.

Euntes, dicit Dominus, baptizate omnes gentes In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Dñica Trin. lect.7. Greg. Nazianz. tract. de fide, poſt init.

Per rem ſenſibilem aquam, donum confertur: intelligibile vero quod perficitur, generatio & renouatio. Dñica infra octa. Corp. Chri. lect.4. Ioan. Chryſ. ad Pop. Antioch. hom.60. lr̄a A. B. tom.5.

EXEMPLA.

CHriſtus dixit apoſtolis, Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? & baptiſmo quo ego baptizor, baptizari? In feſto S. Iacobi die 25. Iulij. lect.9. Ioa. Chry. in Matt. hom.66. lr̄a D. A. tom.2.

Emerentiana in cruciatibus orans in proprio ſanguine pro Dei cultu eſt baptizata. Die 23. Ianuarij. lect.3. ex Ambr. ſerm.90. de S. Agnete.

Innocentius Albanen. Papa inſtituit & decretum fecit, vt qui ex Chriſtiana muliere natus eſſet, per baptiſmum renaſci deberet. Die 28. Iulij. lect.6. ex Pontif. & Euſeb. lib.5. Hiſt. cap.22.23.

Victor Papa inſtituit, vt quauis aqua modo naturali, ſi neceſſitas cogeret, quicunque baptizari poſſet. Ibid. lect.5.

Rogemus Deum, donet nobis renatis fonte baptiſmatis, vt vna ſit fides mẽtium, & pietas actionũ. Oratio fer.6. Paſchæ.

B E

BEATITVDO. Beatus dicitur qui conſilijs impiorũ non conſentit, & in via peccatorum non permanet. Pſal.1. Beatus vir. Dñica ad Matut. Vide in verb. Lex. in princ.

Beati

Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini, & qui ſcrutantur teſtimonia eius, & toto corde exquirunt eũ. Pſal. Beati immaculati. Dñica ad Prim. Vide in verb. lachryma. verſ. Beatus vir.

Beatus vir cuius eſt nomen Domini ſpes eius; & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas. Pſal. 39. Expectans expectaui. Fer. 3. ad Matut.

Beatus quem Dominus erudiuit, & in lege ſua docuerit eum. Pſal. 93. Deus vltionum. Fer. 6. ad Mat.

In æterna beatitudine docet nos Propheta exultare. Pſal. 91. Bonum eſt confiteri. Sab. ad Laud.

Beatitudines octo ſunt, de quibus in feſto Omn. Sanct. & per totam octa. Aug. lib. 1. de ſerm. Dñi in monte littera D. E. tom. 4.

Quæ ſint gradatim numerantur. 5. die infra octa. Om. Sanct. lect. 7. 8. & 9. Aug. lib. eod. littera M. A.

Iſta quidem in hac vita poſſe compleri ſicut completa eſſe in apoſtolis credimus. 6. die infra octa. Om. Sanct. lect. 8. Aug. de ſerm. Domini in mõte. lib. 1. littera A. B. C. tom. 4.

Intrinſecus eſſe beatitudinem noſtram, & extrinſecus multa mala promitti. In octa. Omn. Sanct. lect. 7. Aug. ibid. littera C. D.

Cum octo beatitudines Matthęus poſuerit, quatuor Lucas quomodo concordant. In Com. plur. marty. in alijs lect. lect. 8. & 9. Ambr. lib. 5. in Luc. littera D. E. F. tom. 4. cap. 6.

Solus beatus quis ſit. Vide in verb. Opera. verſ. ſolus. & in verb. Humilitas. verſ. beatitudo.

Vbi ſit certa & ſecura expectatio promiſſæ beatitudinis. Vide in verb. Paſſio Chriſti. verſ. certa.

BELLVM. Quis Deus, ait Propheta, pręter Deum noſtrum? Qui docet manus meas ad præliũ? & poſuiſti vt arcum æreum brachia mea. Pſal. Diligam

ae Domine. 17. Dñica ad Matut.

Et præcinxiſti me virtute ad bellum, & ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me. Ibid.

Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum. Ibid.

Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo. Ibid.

Benedictus Dominus, ait idem, qui docet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellum. Pſal. 145. Benedictus Dominus. Sab. ad Veſp.

Quod in bello ſit ſperandum pro victoria ſi auxiliũ à Deo qui nos protegat petierimus. Pſal. 26. Dominus illuminatio mea. Fer. 2. ad Matut.

Manus Domini & non gladius noſter ſaluat nos in bello, & inimicos diſpergit. Pſal. 48. Deus auribus noſtris. Fer. 3 ad Matut.

Diſtulit Deus iram in Iſrael poſtquam à Deo receſſit ne ſuperbirent hoſtes eius, & dicerent, Manus noſtra excelſa, & non Dominus fecit hæc omnia. Cant. Moyſ. Deut. 32. Audite cęli quæ loquor. Sab. ad Laud.

Quomodo perſequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia? Nonne ideo quia Deus vendidit eos, & Dominns concluſit illos? Ibid.

Non eſt Domino difficile ſaluare vel in multis vel in paucis. Fer. 5. Dñicæ 4. poſt Pent. lect. 1. Reg. 1. cap. 14.

Ipſe eſt qui in bello interficit inimicos noſtros, vt ipſemet dicit. Fer. 6. Dñicæ 5. poſt Penth. lect. 2 Reg. 2. cap. 7.

Ipſe dat fortitudinem & virtutẽ. Dñica 1. Octob. lect. 4. Ambr. lib. 1. Offici. cap. 40. Ita H. I. tom. 1. lege in fer. 3. Dñicæ in Quinqu. lect. 3. Gen. 14.

Deus eſt qui in bello pugnat pro ſuis contra hoſtes

ſtes ſuos. Ibib. lect.3.

Sine conſilio ad prælium non exeundum. Fer.4. Dñicæ 2. Octob. lect.3. Machab. 1.cap.5.

Omne auxilium in bello, & victoriam à Deo omnipotente expectare debemus. Sab.Dñicæ 5.Octob. lect.1. Machab. 2. cap.15. Vide & in verb. Fortitudo. & in verb. Victoria. Vide & in verb. Inimicus. & in verb. Fiducia. in verb. Gloria. verſ. gloria bellica quòd non in ſola fortitudine.

Bella & lites vnde ſolẽt euenire inter nos. In verb. Litigia.

EXEMPLA.

MAchabei pro lege Dei & patria Rep. pugnabant, & ad bella veniebant, & Deus eorũ dux erat. Dñica 4. Octob.lect.6. Ioan. Chryſ. hom.43. ſuper Pſal. 43. in princ. tom.1. littera A. B.

Ad bellum exeuntes non tragœdias excitabant nõ pæanas canebant ſicut nonnulli faciunt, non aſciuerunt tibicines, vt fit in alijs caſtris. Ibid.

Non armis fidentes fundebant aduerſarios, ſed loco omnis armaturæ pugnæ cauſam ſufficere ducebant. Ibid.

Dei ſuperne auxilium inuocabant, vt adeſſet, opẽ ferret, & manum præberet, propter quem bellum gerebant, pro cuius gloria decertabant. Ibid.

Non armis & audatia in bello confidebant, ſed in omnipotenti Deo. Fer.4. Dñicæ 5. Octob. lect. 2. Machab. lib.2. cap.8.

Peracto bello & habita victoria de inimicis Dñm benedicebant, & gratias illi agebant pro liberatione. Ibid. lect.3.

Spolia hoſtium cum debilibus orphanis & viduis diuí-

diuidebant & reſidua ipſi cum ſuis habebant. Fer. 4. Dñicæ 5. Octob. lect.3. Ibid.

Deprecabantur Deũ lumbos cilicio præcincti iuxta altare, vt ipſis propitius contra hoſtes eſſet, qui ſuam aſpernabantur legem. Fer.6. eiuſdem Dñicæ, lect.2. Machab.2. cap.10.

Dicamus ergo Domino, Domine Deus qui conteris bella ab initio, eleua brachium tuum ſuper gentes, quæ cogitant ſeruis ſuis mala, & dextera tuæ glorificetur in nobis, allide virtutem eorum in virtute tua, & cadat robur eorum in iracundia tua. Reſponſorium & verſic. lect.6. Dominicæ quartæ Septembris.

Beneficia. Quæ Deus homini beneficia præſtitit quòd in infinitum extollenda ſint, & quæ ſint. Dñica 5.poſt Epiph.lect.4.5. & 6. Ambr. 1. Thim. 1. littera L. M. tom.4. lege & in Pſal. Attendite. Fer.5. ad Matut. 77.

Beneficia diuina non dormientibus conferuntur. Fer. 2. Dominicæ 3. in Quadrage. lect.3. lib.4. in Luc. cap.4. littera k. L. tom.4.

Quædam beneficia non negantur, ſed vt congruo dentur tẽpore differuntur. Dominica 5.poſt Paſcha. lect.8. Auguſt. in Ioannem tractatu 102. littera I. K. tom.9.

Beneficia alijs præſtemus ſi à Deo beneficia poſcimus. In feſto Sanctiſſimæ Trinitatis, lect.9. Augu. de verbis Domini in monte, ſerm.15. littera A. B. tom. 10. Vide & in verbo, Gratiarum actio. verſ. gratiarum actio pro victoria.

Beneficia Dauid collata per Nathan exprobrat ei Dominus, nam proprer ea, mala committere non debuiſſet. Dominica ſexta poſt Penthecoſtes. lect. 2. Reg.2. cap.12. At hac exprobratione commotus con-

confeſſus eſt ſe erraſſe. lectio.3. Vide & in verbo, Chriſtus. verſiculo, venit in hunc mundum. & in verbo, Dona. Vide & in verbo, Inuidia. verſiculo, aſpernator.

Benignitas. Vide Miſeratio. verſ. hortabatur Paulus.

Bethlehem. Quid per Bethlehem vbi naſcitur Dominus interpretetur. In feſto Natiuitatis Domini in ſecundo Euangelio lect. 7. Grego. hom. 8. littera L. tom. 2.

Cur eam natiuitati prælegerit Hieroſolymam paſſioni: Die 3. infra octa. Epiph. lect. 6. Leo ſerm. 1. de Epiph. Domini.

B L

Blaſphemia. Conqueritur Dominus dicens: Iugiter tota die nomen meum blaſphematur? In Natiuit. Domini lect. 3. Iſai. cap. 52.

Flagellatur Chriſtus blaſphemijs falſorum Chriſtianorum. Fer. 2. Dominicæ quartæ in Quadrageſima, lect. 3. Auguſt. in Ioannem, tractatu 10. littera G. H. tom. 9.

Per quos nomen Dei blaſphematur. Feria ſecunda hebdomadæ maioris, lect. 3. Auguſt. in Ioannē, tract. 50. littera A. B. tom. 9.

Per quos eius maieſtas blaſphematur. Vide in verb. Sodomia.

Blaſphemia deponenda eſt. Dominica in Albis, lect. 2. Paulus ad Colloſſ. cap. 3. Vide & in verbo, Diuitiæ. verſ. nonne diuites.

Michael Archangelus cum altercaretur cum Diabolo non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ. In vigilia Penthecoſtes, lect. 3. epiſtola Beati Iudæ, capitulo 1.

Multi ſunt qui vita Christvm blaſphemant.

In

In octa. S. Laurentij, lect. 4. Augu. in Ioan. tract. 27. littera M. A. tom. 9.

Qui iniuriam Chriſto faciunt. In verb. Chriſtianus. verſ. qui male viuunt.

B O

BONA. Temporalia bona promittit Deus audientibus ſe. Fer. 2. Dñicæ 1. Aduent. lect. 2. Iſa. c. 1.

Dum Iudæi bona temporalia perdere timuerunt, vitam ęternam non cogitando, vtrumque amiſerunt. Fer. 6. Dñicæ Paſ. lect. 1. & 2. Aug. in Ioan. tract. 49. littera F. G. tom. 9.

Bona ſuperflua pedibus Dñi ſunt neceſſaria. Vide in verb. Pauper. verſ. pauperibus ſuperflua.

Bona tranſitoria cur non ſint appetenda, & vbi debet mens quieſcere. Dñica 4. Augu. lect. 4. 5. & 6. Greg. lib. 1. Mor. cap. 26. in cap. 1. Iob. lrã A. B. C.

Bona quæ pollicebatur Chriſtus longiore ſpe erãt expectanda, & quomodo. In feſto Transfig. Domini lect. 7. Ioa. Chryſ. in Matt. hom. 57. lrã D. tom. 2.

Qui aceruat animo ſuo iniuſte alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Fer. 5. Dñicæ 5. Aug. lect. 1. Eccleſiaſti. cap. 14.

Antiquus hoſtis dum mentem noſtram ad rerum temporalium dilectionem trahit, infirmiorem contra nos proximum excitat, qui ea ipſa quę diligimus auferre moliatur. In Com. Apoſt. lect. 9. Greg. hom. 27. littera I. tom. 2.

A Deo bona dantur, & ab eo auferuntur. Fer. 2. Dñicæ 1. Sept. lect. 3. Iob cap. 1. Vide in verb. Gloria. verſ. qui accepta. & in verb. Iob. verſ. percuſſus.

Fatui iudicandi ſunt qui temporalium bonorum, vel copiam ſectantes, vel inopiam metuentes amittunt æterna, quæ nec dari ab hominibus poſſunt nec auferri. In Com. Doct. lect. 7. Augu. de ſerm.

Domini in monte. lib.1. cap.10. littera F. G. tom. 4. Vide & in verb. Spes. verſ. in alijs. cum ſequen.

Legimus ſcriptum de appetitione rerum temporalium: Omnia vanitas. In feſto Omn. Sanct. lect.9. Aug. de ſerm. Domini in mon. lib.1. littera D. E. tom.4. & vide in Oct. lect.7. Idem ibid. lra C. D. Vide & in verb. Diuitiæ, Dona, &, Deliciæ. verſ. affluere. in verb. Mundus.verſ. quòd omnia.

Cum Iob & bona & filios amiſiſſet, quid Dominum adorans dixerit. Fer.2. Dñicæ 1. Septembris. lect.3. Iob cap.1.

Bona eccleſiaſtica. Vide in verb. Eccleſia. verſ. bona eccleſiaſtica. & in verb. Pauper. In Exemplis. verſ. Laurentius.

Oremus Dominum, vt eo rectore ac duce ſic tranſeamus per hæc bona temporalia, vt non amittamus æterna. Oratio Dñicæ 3. poſt Pent.

Bonitas. Spera in Domino, & fac bonitatem, & paſceris in diuitijs eius. Pſal. 36. Noli æmulari. Fer.2. ad Matut.

Declina à malo, & fac bonum. Ibid. Vide & in verb. Iniquitas. verſ. & qui ſibi nequam.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi quoniã ſequebar bonitatem, ait Propheta. Pſal.37. Dñe ne in furore. Fer.2. ad Matut.

Quòd bonus inter malos quis eſſe poſſit, quodque valde ſit id laudabile, & cur? Dñica 1. Septemb. lect. 6. Greg. lib.1. Moral. cap.1. littera A. tom.1.

Nam neceſſe eſt vſque in finem inter malos nos viuere. lect.4. in oct. S. Laurentij. Auguſt. in Ioan. tract. 27. littera M. A. tom.9.

Hominem iuſtum quòd aliorum offenſio non obumbret. Dñica in Sexag. lect.6. ex lib. S. Ambroſ. de Noe & arca cap.4. littera G. H. I. tom.4.

Quo-

Quomodo quis bonus efficiatur, Vide in verbo, Dilectio. verſ. quis bonus.

Quid ſit bonum, aut quid Dominus requirat à nobis. Vide in verb. Iuſtitia. verſ. indicabo: & in Reſponſ. lect. 1. Fer. 4 Dñicæ 1. Nouemb.

EXEMPLA.

LOth cõmoratus eſt in oppidis, quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis, homines autem ſodomitæ peſſimi erant. Fer. 2. Dominicæ in Quinquag. lect. 3. Geneſ. cap. 13.

Noe cum omnis caro corrupiſſet viam ſuam, repertus eſt vir iuſtus & perfectus. Dñica in Sexage. lect. 2. & 3. Gen. cap. 5.

Iob ſanctus vir vbi habitauerit inter malos. ead. lect. 6. Dñicæ 1. Octob. Greg. ibid.

Tobias in captiuitate poſitus, cum irent omnes ad vitulos aureos ſolus fugiebat conſortia omnium, & quæ opera Deo grata erant, agebat. Dominica 3. Septembris. lect. 2. Tob. cap. 1.

Agnes ad ſcortum duci iuſſa eſt, vbi tamen violari non potuit. In feſto ipſius, lect. 5. & 6. die 21. Ianuarij. ex Ambr. de eius vita.

Agathã Aphroſidia infamis mulier deprauare non valuit. In eius feſto, die 5. Febr. lect. 4. ex Geſtis.

C

CAIN. Væ illis qui in via Cain abierunt, In vigilia Pent. lect. 3. epiſt. Iudæ. cap. 1.

Ex maligno erat & occidit fratrẽ ſuum, & propter quid? Fer. 2. infra octa. Aſcenſ. lect. 2. Ioan. 1. cap. 3. Vide in verb. Homicidium.

CAECI-

Cæcitas. Cæcus à Domino illuminatus quid nobis per myſterium ſignificet. Dominica in Quinquag. lect.8. & 9. Grego. hom.2. in Euang. littera F. G. tom.2.

Omnis homo ſecundum mentem cæcus natus eſt, venit Dñs vt eum illuminaret, quid fecerit magnũ nobis myſterium commendans. Fer.4. Dominicæ 4. Quadrag. lect.1.2. & 3. Auguſt. in Ioan. tracta. 44. littera H. I. k. tom.9.

Vnde iſta cæcitas contigerit Ibid. lect.1.

Calix. Per calicem in diuinis ſcripturis intelligi Chriſti paſſionem. In feſto Sancti Ioannis ante portam lat. Die 6. Maij. lect.8. Hierony. lib.3. in Matth. cap.20. littera D. E. F. tom.9.

Calvmnia. Redime me, ait Propheta, à calumnijs hominum, vt cuſtodiam mandata tua. Pſal. Mirabilia. Dominica ad Non.

Poſui, dicit idem, ori meo cuſtodiam cum conſiſteret aduerſum me peccator. Pſal. 38. Dixi cuſtodiam. Fer.3. ad Matut.

Saluos faciet Dominus filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Pſal. 71. Deus iudicium. Fer.5. ad Matut.

Calumniatoribus exemplo Chriſti occaſio non eſt danda. Fer.5. Dñicæ 1. in Quadrag. lect.2. Hiero. in Matth. lib.2. cap.15. littera H. tom.9.

De calumniantiũ malignitate lege aliquid in Dominica 3. Quadrag. lect.8. Bæda in Euangelio Lucæ lib.4. ſuper cap.11. cap.48. num.30. 40. 50. 60. tom.5. Vide & in verb. Auaritia. verſ. qui proijcit.

Falſam calumniã vera reſponſione confutat Chriſtus Fer.4. Dominicæ 3. in Quadrag. lect.1. Idem ibid. littera H. A. B.

Si videris calumnias egenorũ & violenta iudicia, & ſub-

& ſubuerti iuſtitiam non mireris, &quare? Fer.5. Dñicæ 2. Aug. lect. 2. Eccleſiaſti. cap.5.

Calumnia conturbat ſapientem, & perdet robur cordis illius. Sab.eiuſdem Dñicæ. lect. 2. Eccleſiaſtici capitulo 7. Vide in verbo, Rex. verſiculo, qui regnant.

Dicamus Domino: Suſcipe ſeruum tuum in bonũ, vt non calumniĕtur me ſuperbi. Pſal. Iniquos odio habui. Dñica ad Sext.

Canis. Vide in verb. Prædicator. verſ. prædicatores.

Carcer, ſeu Captiuitas.

Exaudiuit pauperes Dominus, & vinctos ſuos non deſpexit. Pſal.68. Saluum me fac. Fer.4. ad Matut.

Mementote, inquit Paulus, vinctorum, tanquam ſimul vincti. Sab. Dñicæ 6. poſt Epiph. lect.1. ad Hebræ. cap.13. Vide & in verb. Infirmitas.

EXEMPLA.

Chriſtus hominem quem ſuſcepit, inferni raptũ faucibus portauit, ad cœlum de captiuitate erutum duxit ad altiora captiuum, ſicut ſcriptum eſt in Propheta aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Fer.3. infra octa. Aſcenſ. lect.5. Max.hom. 2. de Pent. ante med. Vide & in verb. Infernus. & in verb. Aſcenſio.

Tobias captiuus nactus poteſtatem eundi quocunque vellet captiuos inuiſebat monita ſalutis eis dando. Dñica 3. Septembris. Tob. cap.1.

Marius Perſa, Martha, Audifax, & Abachus Chriſtianos in vincula coniectos fouebant, & opera ac facultatibus ſuis ſuſtentabant. Die 19. Ianu. lect.2.

De Paulino Epiſcopo Nolano. Vide in verb. Pauper,

per. in Exempl. verſ. Paulinus.

Caro. Omnis caro fœnũ. Vide in verb. Homo. verſ. homo & puluis.

Operibus carnis renunciandũ eſſe. In Natiui. Domini, lect. 6. Leo ſerm. 1. de Natiuit. Dñi, in fine.

Carnis appetitus refrenandus eſt. 3. die infra octa. Epiph. lect. 7. Greg. hom. 10. littera E. tom. 2.

Cuiuſmodi hominem volebat Paulus tradi Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit. In die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Fer. 3. Dñicæ 1. poſt Epiph. lect. 1. 1. ad Corinth. cap. 5.

Cur carnis ſtimulum ſibi datum eſſe Paulus aſſerebat, & quid Dñs ter rogatus vt eum auferret, reſpõderit? Fer. 6. Dominicæ 2. lect. 2. 2. ad Corinth. cap. 12. Vide & in verb. Infirmitas.

Spiritu ambulemus, & facta carnis non perficiemus. Fer. 3. Dominicæ 3. poſt Epiph. Paul. ad Galat. cap. 5. & cur. Ibid.

Carnem eſſe corruptelæ illecebram, lege in verb. Peccatum. verſ. quamuis. & in verb. Spiritus. verſ. quòd carnalem. cum ſequenti.

Varijs criminum languoribus carnem noſtrã languere. Vide in verb. Febris. verſ. in typo mulieris.

Cum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnẽ quo præſidio mens rationalis inſtruetur. Dñica de Paſ. lect. 6. Leo ſer. 9. de Quadr.

Carnis deſideria cõterere nos iubet veritas. Dñica de Paſ. lect. 7. Greg hom. 18. in Euan. lĩa B. E. tom. 2. in princ. Vide & in verb. Vita. verſ. licet in vita.

Carnalibus deſiderijs preſſi ad Angelorum ſocietatem pertingere poſſe deſperant. Dominica Reſur. lect. 3. Greg. hom. 21. in Euang. lĩa D. E. tom. 2.

Obſecrat nos Paulus abſtinere à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam. capitulo, ad

Veſp. Dñicæ 3. poſt Paſcha. lect.1.Petri 2. cap.2.

Et ſi ſecundum homines iudicamur in carne, ſecũdum autem Deũ in ſpiritu viuamus.Fer.3. in Roga. Idem cap.4. Vide & in verbo, Vita. verſ. licet. & verſ. non deſiderijs.

Prudẽtia carnis inimica eſt Deo, & cur? In vigilia Pent. lect.7. Aug. in Ioan. tract.74. & 75. littera L. M. A. tom.9.

Sapere ſecundum carnem mors eſt. Fer.6. infra octa.Corp.Chri. lect.8. Idẽ in Ioan. tract.27. lr̃a L. M. tom.9. Vide & in verb.Spiritus.verſ.ſpiritus eſt.

Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuã. Fer.5.Dñicæ 2. Aug. lect.2. Eccleſiaſti. cap.5.

Qui carnis affectus propter Chriſti fidem contempſerint, vitam æternam poſſidebũt. In Com. Apoſt. in alijs lect. lect.8. Hierony. in Matth. lib.3. cap. 19. littera F. G. H. tom.9. Vide in verb. Scandalũ. verſ. melius.

Qui carnalia pro Saluatore dimiſerit, ſpiritualia recipiet. Ibid. lect.8.

Si ſecundum carnem vixerimus, moriemur: ſin autem ſpiritu facta carnis mortificauerimus, viuemus. In Com. plurim. marty. lect.1. Paul. ad Rom. cap.8. Vide & in verb. Pauper. verſ. caro noſtra. & in verb. Mortificatio. verſ.Chriſtus. in verb.Timor. verſ. confige. & verſ. mundemus. in verb. Oratio. verſ. quo frequentius. in verb. Vitiũ.verſ. non ſolũ.

Agnes lętabatur quòd carnis ſpurcitias immaculato calle tranſiuerit. In feſto S. Agnetis. Antiph. ad Magnif. in prim. Veſp. Die 21. Ianuarij.

Adhæſit anima mea poſt te, quia caro mea cremata eſt pro te Deus meus. In feſto S. Lauren. Antiph. 3. ad Laud.

Qui carnis maceratione ſe caſtigat, oret Dominũ

vt & mens eius deſiderio fulgeat. Oratio fer. 3. Dominicæ 1. in Quadra. lege & oratione fer. 2. Dñicæ 2. in Quadra. vide verb. Spes, verſ. in Deo ſperaui.

Precemur ergo Dominũ, Vt carnis actu exules, Effecti ipſi cœlibes, Vt præſtolemur cernui Melos canamus gloriæ. Hym. primo dierum Dñica ad Matu.

Te Deus cuncti ſupplices rogamus Vitia carnis millia retunde Framea tua, Hym. Dominicæ 1. ad Veſpe. in Quadrag.

Castigatio. Vide Correptio.

Castitas. Quàm commendetur Sancti, qui caſtitatis pollebant vigore præter cæteras virtutes. In Com. Conf. Pont. lect. 6. Maxi. hom. 2. de S. Euſeb.

Non placet Domino caſtitas ſine bonis operibus. In Com. Conf. non Pont. lect. 9. Greg. hom. 13. in Euang. littera M. A. tom. 2. Vide Continentia.

EXEMPLA.

CHriſtus docuit nos caſtitatem. In Com. martyr. tempore Paſchæ lect. 6. Ambro. ſerm. 74. littera D. E. tom. 3.

Vnum eſt ex itineribus, quibus peruenitur ad ſalutem. Ibid. lect. 6.

Beata Maria cum ſupra omnem humanam naturam, caſtitatem ſeruaret, propterea Chriſtũ Dominum in ventre concepit. 4. die infra eius Natiuit. lect. 4. Ioan. Chryſ. lege & in Concept. beatæ Virg. die 6. Decemb. lect. 4. ex Ambro. de Virginib. lib. 2. littera C. D. tom. 1.

Mariæ caſtitatem in omnibus diſcamus. in Euang. infra octa. Natiuita. Paſtores loquebantur. lect. 9. Ambro. 2. lib. Cõm. in Lucam, littera G. H. tom. 4. Vide & in verb. Virginitas.

In vita Beatę Mariæ velut in ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis. In feſto Concept. die 8.Decemb. lect.4. Ambr. ex lib.2. de Virg. lr̃a C.D. tom.1.

Bernardus adoleſcens propter egregiam formam vehementer ſollicitatus à mulieribus nunquam de ſententia colendæ caſtitatis dimoueri potuit. Die 20. Aug. in eius feſto, lect.4. ex eius vita.

Ieſus caſtus dignoſcitur. 6. die infra octa. Omn. Sanct. lect.6. Ioa. Chryſ. ſerm. Quod aut martyres ſunt imitandi, aut non laudandi. tom.3. lr̃a C. D.

Ioſeph virum Mariæ caſtimoniam Ioſeph Patriarchæ fuiſſe adeptum non ſolum nomen. Die 19. Martij, lect.4. Bernar. hom.2. ſuper Miſſus. ante fi. & vide in verb. Ioſeph Patriarcha.

Iudith vidua ob caſtitatem commendatur, & in æternum benedicta prædicatur, quæ poſt virũ ſuum alterum neſcierit. Fer.6. Dñicæ 4. Septemb. lect.3. Iudi. cap.15. & Sab. lect.2 cap.16.

Laurentio ſua animi caſtitas q̃d boni tribuerit. 4. die ĩ octa. eiuſd. lect.4. Max. ho.1. in Nat. S.Laur.

Nicolaus eps̃ caſtitatẽ ſemper coluit. die 6.Decẽb. lect.5. ex Ioan. Diaco. & Metaphraſte de eius vita.

Catechismvs. Quòd in adultis catechiſmus ſit neceſſarius. Vide in verb. Baptiſmus. verſ. adulti.

Cathecvmeni. Chriſtus in vngendo cæcũ fecit cathecumenum. Fer.4. Dñicæ 4. Quadrag. lect.2. & 3. Aug. in Ioan. tracta.44. littera H. I. k. tom.9.

Quomodo Sancta mater Eccleſia cathecumenos in vtero ſuſcipit, deinde ſpiritualiter parit, & quos portat, paſcat in vtero & ad diẽ partus ſui lætos læta perducat. In vig. Pent. lect.4. lege 5. & 6. Augu. ex tract. de Symb. ad Cathe. lib.4. lr̃a D. F. ca.1. to.9.

Cathecumeni credunt in Iesvm, & Iesvs non ſe credit

credit illis. In feſto Inuent. Cruc. die 3. Maij, lect. 8. Aug. ex tract. in Ioan. tract. 11. lra M. A. tom. 9.

C E

CENTVPLVM. Quomodò intelligatur illud Chriſti Centuplum accipiet. In Com. Apoſto. in 2. Euang. lect. 8. & 9. Hieron. in Matth. lib. 3. cap. 19. littera F. G. H. tom. 9.

C H

CHARITAS. Ecce quàm bonũ & quàm iucundũ habitare fratres in vnũ. Pſal. 132. fer. 5. ad Veſp.

Alter alterius cũ membra ſimus in Chriſto charitate fraterna inuicem diligamur. 2. die infra octa. Epiph. lect. 2. & 3. Paul. ad Rom. cap. 12.

Sanctorũ neceſſitatibus cõmunicandũ. Ibid. lect. 5.

Sit dilectio ſine ſimulatione. Ibid.

In quibus hæc fraterna dilectio dignoſcatur. Ibid. connumerantur.

Debemus, ait ipſe, nos firmiores imbecillitatẽ infirmorum ſuſtinere, monetque vt vnanimes inuicem ſuſcipiamur, ſicut & Chriſtus ſuſcepit nos in honorẽ Dei. 5. die infra octa. Epiph. lect. 1. & 2. ad Rom. 15.

Multa bona enumerat Paul. nõ valere ſine charitate. Fer 6. Dñicæ 1. poſt Epi. lect. 1. ad Corin. 1. c. 13.

Quæ bona ex iſto capite exorta religẽtur. In feſto SS. Simo. & Iudæ die 28. Octobris, lect. 8. Aug. in Ioan. tract. 87. littera K. L. M. tom. 9.

Quæ ſit charitatis præeminentia, & quæ bona per eam efficiantur. lect. 2. Idem cap. eod.

Manent fides, ſpes, charitas, tria hæc, maior autẽ horum eſt charitas. lect. 3. Idem. Vide in verb. Virtus. verſ. virtutes.

Omnia in charitate facienda. Sab. eiuſd. hebdo. lect. 3. 1. ad Corinth. cap. 16.

In charitate nos monet Paul. vt creſcamus in Chri-

ſto.Fer.5.Dñicæ 3.poſt Epiph.lect.3. ad Epheſ.c.4.
In quo cupiebat Paulus vt abundaret charitas Philippenſiũ.Dñica 4. poſt Epiph.lect.2. ad Philip.c.1.
Et ſi multæ in nobis ſint virtutes, & bona opera exerceamus, ſuper omnia autem charitas, quod eſt vinculum perfectionis,habenda eſt. Fer. 4. eiuſdem Dñicæ. lect.1. ad Coloſſ. cap.3.
De charitatis fraternitate. In verb. Dilectio. verſ. vt inuicem.
Charitas fraternitatis in nobis manere debet. Sab. Dominicæ 6. poſt Epiph. lect.1.ad Hebræ. cap.13. Infra verſ. in amore.
Gratias Deo agebat Paulus pro Corinthijs, quòd abundaret charitas vniuſcuiuſque in inuicem. Sab. Dñicæ 4. poſt Epiph. lect.1. ad Theſſal. 2.cap.1.
Finis præcepti eſt charitas de corde puro conſcientia bona & fide non ficta. Dñica 5. poſt Epiph.lect. 2. ad Timoth. cap.1.
Qua charitate Paulus Oneſimũ ſuum Philemoni commendet litteris. Sab. Dñicæ 5. poſt Epiph.lect. 2. & 3. ad Philem. cap.5.
Quem ob eius charitatem cõmendat. lect.1.Ibid.
Charitas non ſit ficta. Dominica 1. Quadrag.lect. 1. ad Corinth. 2. cap 6.
Charitas implet legem, & in charitate duo præcepta cõmendãtur, Dilectio Dei & proximi,in quibus tota lex pendet,& Prophetę. Fer.6.quatuor temporũ Quadrag. lect.3. Aug. in Ioan. tract.17.lr̃a A. B. C. D. E. F. tom.9. in verbo, Lex. verſ. alter alterius.
Duo ſunt præcepta charitatis, Amor Dei & proximi. In Com. Euang. lect.7. Greg. hom. 17. littera F.H. tom.2.
Charitas non poteſt eſſe minus, quàm inter duos nam dilectio in alterutrum debet tendere, vt charitas

taseſſe poſſit. Ibid. in verb. Prædicator. verſ.prædi catoris officium. cum ſequenti.

Charitas ſuper omnia habenda eſt quod eſt vinculũ perfectionis. Dñica in Alb. lect.3. ad Coloſ. c.3.

Mutua & cõtinua in nobis debet eſſe charitas quæ operit multitudinem peccatorum. Fer.3. in Roga. lect.2. 1. Pet. cap.4.

In amore fraternitatis charitas eſt miniſtrãda. Fer. 6. infra octa. Aſcenſ. lect.2. Pet.2.cap.1. lege ibid. Virtutum contextum.

Charitas non debet tepere. Fer. ead. lect.5. Leo ſerm.2. de Aſcenſ. Domini.

In eo vere charitas Dei perfecta eſt, qui ſeruat verbum eius. Dñica infra octa. Aſcenſ. lect.3. epiſt.1. beati Ioan.cap.1. in verb. Prælati. verſ. plerunque.

Et in hoc ſcimus quoniam in ipſo ſumus. Ibid.

Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus. Fer.2. Dñicæ eiuſdẽ lect.1. Ioan.1.cap.3. Vide in verb. Electio. in prin.

Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Fer. ead. lect.3.Ibid.

Deus charitas eſt, & qui manet iu charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Fer.3. eiuſdem Dominicæ. lect.3. Idem cap.4.

In quo perfecta charitas Dei ſit nobiſcũ Ibid.lect.3.

Perfecta charitas foras emittit timorem, & cur? Ibid. & fer.6. poſt Aſcenſ. lect.9. Aug. in Ioan.tractatu 92. littera A. B. C. tom.9.

Vt inter nos ſit charitas mandatum Dei eſt. Fer.4. infra eand.octa. lect.1. & 2. Idem epiſt.2. cap.1. in verb. Infirmitas. poſt verb.Animæ infirmitas. Veritas. verſ. veritatem.

Inuenti ſunt Apoſtoli concordes charitate, & illuſtrati ſunt inundanti gratia deitatis. verſ. lect.1. fer. 5. infra octa. Pent.

Charitas vniuerſa operit delicta. Fer.5. Dominicæ 1. Aug. lect.3. Parab. Salom. cap.10.

Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatē, nec flumina obruent illam. In feſto Magdal. die 22. Iulij, lect.2. de Cantic. Cant. lect.3. Idem legitur in octa. Aſſumpt. lect.2.

Quod eſt opus magnū charitatis. Die 3. infra octa. S. Laurentij, lect.7. Aug. in Ioan. tract.51. littera I. K. tom.9.

Tranſit labor multitudinis, & remanet charitas vnitatis. 4. die infra octa. Aſſumpt. beatę Virg. lect. 7. Auguſt. ſerm.27. de verb. Domini, littera C. D. tom.10. in verb. Homo. verſ. ſed ſi anguſtiantur.

Ex charitate ſanctis Dei compati debemus. Fer.6. quatuor temporū Septemb. lect.3. Grego. hom.33. lr̄a G. tom.2. Vide in verb. Infirmitas. poſt verbum, Animæ infirmitas.

Charitas eſt fructus quem à nobis exigit Deus. In feſto SS. Sim. & Iudæ, die 28. Octob. lect.8. Aug. tract.87. littera K. L. M. tom.9.

Fructus ſpiritus charitas eſt. Quæ vero tanquam ex iſto capite exorta, & religata cōtexerit Paulus ibid. in verb. Spiritus ſanctus. verſ. charitas Dei.

Quicquid præcipitur, in ſola charitate ſolidatur. In Com. Apoſt. lect.7. Greg. hom.27. lr̄a I. tom.2.

Vt multi arboris rami ex vna radice prodeunt, ſic multæ virtutes ex vna charitate generantur. Ibid.

Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis ſi non manet in radice charitatis. Ibid.

Charitatem quis dicatur veraciter habere, lect.8. Idem ibid.

In charitate ſeruanda eſt concordia. Die 4. infra octa. Omn. Sanct. lect. 6. Aug. ſerm. 37. de Sanct. & 1. de Feſt. omn. ſanct. littera F. G. tom. 10.

Nihil nos ſeparare debet à charitate Chriſti. In Cõmu. plurimorum martyrum, lect. 3. Paulus ad Rom. cap. 8.

Charitate nos compaginari debere. In Com. Dedicat. die 2. lect. 4. Auguſt. ſerm. 256. in ordi. & 8. de Dedicat. Eccle. littera E. F. tom. 10. in verbo, Dilectio, &, Vnanimitas.

EXEMPLA.

DEus propter nimiã charitatem qua dilexit nos filium ſuũ miſit in ſimilitudinem carnis peccati. Antiph. ad Magnificat. in feſto Circunciſ. Dñi.

Propter multam charitatem ſuam qua dilexit nos miſertus eſt noſtri, & cum eſſemus mortui, peccatis conuiuificauit nos Chriſto. In Natiuit. Domini, lect. 6. Leo ſerm. 1. de Natiuit. Domini.

Proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea. Cantic. Ezech. Iſai. 38. Ego dixi. Fer. 3. ad Laud.

Quomodo in nobis ſuam commendat charitatem. In octa. SS. Innoc. lect. 1. Paul. ad Rom. cap. 5. in verb. Spiritus ſanctus. verſ. charitas Dei.

In quo cognouimus charitatem Dei. Fer. 2. Dominicæ infra octa. Aſcenſ. lect. 3. 1. Ioan. cap. 3.

Ad quid nos igne ſuæ charitatis inflammet. Dñica 4. Aduent. lect. 6. Leo ſerm. 1. de Ieiun. 10. menſ. & collect. in verb. Euchariſtia. verſ. ſacramentum eſt. In ipſo feſto Corp. Chri. lect 6. Thom. Aquin. opuſc. 17. Sab. infra octa. lect. 5. Ioan. Chryſ. ſerm. ad Pop. Antioch. hom. 61. littera C. B. tom. 5. lege & 7.

Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illũ non pereat, ſed habeat vitam æternam. Fer. 2. Pent. in Euang. Ioan. cap. 3. vide in verb. Præceptũ. verſ. qui vero.

Maiorem charitatem nemo habet, vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Antiph. 2. ad Laudes. In Com. Apoſt. Ioan. cap. 15.

Dominicus charitatem fratribus teſtamento reliquit. Die 4. Aug. lect. 6. ex vita quam ſcripſit Ioan. Garz.

Emerentiana virgo fide & charitate quàm flagrans fuerit. 23. Ianuarij, lect. 3. ex Ambro. ſerm. 9. de S. Agnete.

Hilarion Chriſti ſuſcepta religione in fide & charitate mirabiliter profecit. In eius feſto die 21. Octob. lect. 2. Hierony. in vita Hilar. tom. 1. lr̃a D. B.

Martha mirabili vitæ ſanctitate & charitate omnium Maſſilienſium animos in ſui amorem, & admirationem adduxit. In feſto S. Marthæ die 29. Iulij, lect. 6.

Paulus qua charitate dilexerit homines. Die 5. infra octa. Apoſt. lect. 5. Chry. in epiſt. Paul. ad Rom. ſerm. 32. littera A. B. C. tom. 4.

Paulini charitas quàm præcipue commendetur. In verb. Pauper. in Exempl. verſ. Paulinus.

Praxedes virgo Chriſtianos in perſecutione omni charitatis officio proſequebatur. 21. Iulij, lect. 3. ex Geſt. per Paſt. in verb. Pauper. in Exemplis. verſ. Ægidius, Franciſcus, Pietas, &, Opera. verſ. miſericordiæ opera. & in verb. Inimicus. in Exempl. verſ. Stephanus quibus armis.

Diſcipuli Pauli & Barnabæ quo charitatis officio fungerentur. In feſto S. Barnabæ, die 11. Iun. lect. 5. ex Actib. Apoſt. & aliunde.

Sup-

Supplices ergo Domino dicamus Inſere tuum petimus amorem Mentibus noſtris charitatis auge dilectionem. Hym. Dñicæ 1. in Quadrag. ad Veſp.

Christvs. Venit Chriſtus in hunc mundum, & quæ beneficia homini veniens præſtiterit. Dñica 5. poſt Epiph. lect. 4. 5. & 6. de expoſiti. S. Ambr. in epiſt. beati Pauli 1. Timoth. 1. lra L. M. tom. 4.

Se, naſcens dedit ſocium Conueſcens in edulium Se, moriens in pretium Se, regnans dat in præmiũ. In feſto Corp. Chri. Hym. Verbum ſupernum prodiens. D. Thom.

Quomodo dicitur veniſſe in ruinam & reſurrectionem multorum. In feſto Purifica. beatæ Virg. 2. Feb. lect. 9. Ambr. lib. 2. in Luc. lra k. L. tom. 4.

Chriſti opera per potentiam aliud oſtendunt, & per myſterium aliud loquuntur. Dñica Quinquag. lect. 8. Greg. hom. 2. littera F. G. tom. 2.

Qui ſe à Chriſto ſeparat. In verb. Quærere Dominum. verſ. qui ſe à Chriſto ſeparat.

Quomodo fortis & infirmus dicatur. Fer. 6. Dñicę 3. Quadrag. lect. 2. & 3. Aug. in Ioan. tract. 15. lra G. H. tom. 9.

Chriſtus veniens in mundum tria attulit, veritatẽ vt doctor, manſuetudinem vt liberator, iuſtitiam vt cognitor. Sab. Dñicæ 3. Quadrag. lect. 3. Augu. in Ioan. tract. 33. littera F. G. tom. 9.

Hunc mundum inueteratum inuenit. In feſto Purific. Virg. lect. 5. Aug. ſerm. qui eſt 13. de tempore, & 9. de Natiuit. Dñi, littera K. L. tom 16.

Aliquando nos ſermonibus, aliquando vero operibus admonet. In Com. Euang. lect. 7. Greg. hom. 17. littera F. tom. 2.

Chriſtus dicitur dormire & vigilare, ſed quibus? Dñica 4. poſt Pent. lect. 8. Ambr. in Luc. lib. 4. lit

tera

tera L. M. tom. 4. Vide in verbo, Natiuitas. verſic. cur Dei filius. cum duob. ſequent.

In humanis actibus diuina geſſit myſteria. Dñica 18. lect. 8. Petr. Chryſol. ſerm. 50.

Voluit frater noſter eſſe carnem propter nos, & ſanguinem aſſumpſit nobis viciſſim ipſam carnem, & ſanguinem per quæ cognatus noſter factus eſt, tradit. Saba. infra octa. Corp. Chriſti. lect. 5. Ioan. Chryſ. ad Pop. Antioch. hom. 61. lr̃a C. B. tom. 5.

Quod de noſtro aſſumpſit, totum nobis contulit ad ſalutem. In d. feſto, lect. 1. Thom. opuſc. 17. vide & in verb. Euchariſtia.

Pro nobis factum eſt maledictum, vt nos de maledicto redimeret. In feſto Inuen. San. Crucis, die 3. Maij, lect. 1. Paul. ad Galat. cap. 3.

Finis legis Chriſtus eſt. In feſto San. Andreæ, die 30. Nouemb. ad Rom. cap. 10. in verb. Sequi Chriſtum. verſ. ſi quis.

Quomodo quis dicatur frater, ſoror, & mater Chriſti. In feſto ſeptem fratrũ, die 10. Iulij, lect. 7. 8. & 9. Greg. hom. 3. littera B. C. tom. 2.

Quomodo efficimur Chriſtiferi. In octa. Corporis Chriſti. lect. 5. Cyrill. epiſcopus Hieroſoly. Catheche ſi myſtagog. 4. Vide in verb. Euchariſtia.

Christianvs. In Antiochia primum Iesv Chriſti cultores Chriſtiani ſunt appellati. In feſto San. Barnabæ, die 11. Iunij, lect. 5. ex Actib. Apoſtolorum, & aliunde.

Quid Chriſtianus agnoſcere debet & reminiſci. In Natiuitate Domini, lect. 6. Leo ſerm. 1. de Nat.

Qui male viuunt & Chriſtiani vocantur, iniuriam Chriſto faciunt. Fer. 2. maior. hebdom. lect. 3. Aug. in Ioan. tract. 50. littera A. B. tom. 9.

Chriſtianus non erubeſcat, ſed glorificet Deum

in

in iſto nomine. Fer. 3. in Rogat. lect. 3. 1. Pet. c. 4.

Nihil ſic debet formidare Chriſtianus quàm ſeparari à corpore Chriſti. Sab. infra octa. Corp. Chri. lect. 9. Aug. in Ioan. tracta. 27. littera D. E. tom. 9.

Chriſtianus recordari debet pactũ & condictionẽ qua acceſſit ad Chriſti militiam. Die 6. infra octa. Omn. Sanct. lect. 6. Ioan. Chryſ. Quod aut martyres ſunt imitandi aut non laudandi. tom. 3. littera C. D. in vigilia Pente. lect. 6. Augu. de Symbo. ad Cathecum. lib. 4. littera D. F. cap. 1. tom. 9.

Quando dicitur Chriſtianus delicatus eſſe miles. Ibid. lect. 6.

Quid agere debet. Ibid.

Habet Chriſtianus competentia arma, quibus hoſtem expugnet, habet fortiſſima tela, quibus inimicum debellet. In Com. plur. mart. in alijs lect. lect. 9. Ioan. Chryſ. ſerm. de Marty. littera D. A. tom. 3. in verb. Diabolus. verſ. Chriſtianorũ populus: cum ſequenti. & in verb. Præmium, &, Victoria.

Rogemus Dominũ det cũctis qui Chriſtiana profeſſione cenſentur & illa reſpuere, quæ huic inimica ſunt nomini, & ea quæ ſunt apta ſectari. Oratio in Sab. Dñicæ 3. poſt Paſcha.

Chrisma. Chriſma græce, latine dicitur vnctio, & oleo chriſmatis vngimur, quia luctatores contra diabolum fecit nos Chriſtus, cum nos vnxit. Saba. Dominicæ tertiæ in Quadrageſima, lect. 1. Auguſt. in Ioannem, tractatu 33. littera F. G. tom. 9. Vide & in verbo, Diabolus.

Sylueſter Papa inſtituit vt ab epiſcopo chriſma cõficeretur, vtque preſbyter baptizati ſummum liniret verticem In feſto S. Syluestri. die vlt. Decemb. lect. 9. ex Pontif. & Geſt. præcip.

Fabianus Pontifex inſtituit vt quot annis. Fer. 5. in

cœna

cœna Dñi, vetere combuſto chriſma renouaretur. In feſto SS. Marty. Fabi. & Sebaſti. lect.4. ex Damaſo & alijs.

In Regum & Sacerdotum perſonis apud populum illum Hebræorum etiam myſtica vnctio figurabatur ideſt chriſma vnde Chriſti nomen elucet. 5. die infra octa. Natiuit. MARIÆ. lect.9. Aug. de conſenſu Euangeliſt. lib. 2. cap.1. & 2. lra B. C. E. tom.4.

C I

CIRCVNCISIO DOMINI. Deus eſt qui iuſtificat circuncisionem ex fide. In feſto Circunciſ. lect.2. Paul. ad Rom. cap.3.

Signum accepit Abraham circunciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei, & pater eſt circunciſionis, & quibus? lect.3.

Puer Chriſtus circunciditur & factus eſt ſub lege vt eos qui ſub lege eſſent, lucrifaceret. lect.8. Ambroſ. 2. lib. Com. in Luc. littera H. I. k. tom 4.

Circunciſus vitijs dominico dignus iudicatur obtutu, quia oculi Domini ſuper iuſtos, Ibid.

Cum enim legis veteris ſeries typus fuerit futuræ, circunciſio purgationem ſignificat delictorum. Ibid.

Cur octauo die hæc circunciſio fiebat, quidue per eam figurabatur. lect.8. Idem ibid.

Dura ceruice & incircũciſis cordibus, dicebat Stephanus eſſe Iudæos cum ſemper ſpiritui ſancto reſtiſſent. In octa. ipſius, lect.1. Actu. Apoſt. cap.7.

Circuncidunt corpus, non cor. Dominica 1. Aug. lect. 4. Aug. in Pſal. 118.

In Chriſto inquit Paulus ad Coloſſenſes circunciſi eſtis circunciſione non manu facta in expoliatione corporis carnis, ſed in circunciſione Chriſti conſepulti ei in baptiſmo, in quo & reſurrexiſtis per fidẽ operationis Dei, qui ſuſcitauit illum à mortuis. In

feſto Inuent. S. Cruc. die 3. Maij. lect. 3. ad Coloſ. cap. 2. lege & in fer. 3. Dominicæ 3. poſt Epipha. lect. 1. 2. & 3. ad Galat. cap. 5.

C L

CLEMENTIA. Vide Miſericordia.

CLERICVS. Apud profanū iudicem clericus cauſam non dicat. In feſto S. Syluestri, lect. 6. die vlt. Decemb. ex Pontif. & Geſt. præcip.

Quotidie clerici abiecta cæterarū rerum cura, vni Deo prorſus vacare debent. Ibid.

Prouidit idem Pontifex, vt clericis copioſis egentes coniungerentur. Ibid.

Ne crimen laicus clerico inferret, idem inſtituit. Ibid. Vide & in verb. Feria.

C O

COGITATIO. Comprehēduntur peccatores in cōſilijs; quibus cogitant, Pſal. 9. Confitebor tibi Dñe. Dñica ad Mat. Mala. verſ qua pœna, cū ſeque.

Ante te omne deſiderium meum, dicit Propheta, Pſal. 37. Domine ne in furore. Fer. 2. ad Matut.

Dominus ſcit cogitationes hominum, quòd vanæ ſint. Pſal. 93. Deus vltionum. Fer. 6. ad Matut. & Dñica 3. poſt Paſcha, lect. 5. Auguſt. ſerm. 147. in ord. & 4. in die, littera C. D. E. tom. 10.

Intellexiſti, dicit idē Propheta, cogitationes meas de longe, ſemitam meam & funiculum meum inueſtigaſti. Pſal. 138. Domine probaſti me. Fer. 6. ad Veſper. Vide & in verb. Confeſſio. verſ cogitatio.

Auferte malū cogitationū veſtrarū ab oculis meis dicit Dñs. Fer. 2. Dñicæ 1. Aduent. lect. 1. Iſai. c. 1.

Nihil boni ex nobis tanquā ex nobis cogitare poſſumus, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Fer. 2. Dominicæ 2. poſt Epipha. lect. 2. Paul. ad Corinth. 2. cap. 3. lege & in Com. Pauli die vlt. Iulij. lect. 5. ex lib.

lib. S. Aug. de grat. & lib. arbi. cap. 6. & 7. littera D. E. F. G. tom. 7. Vide & in verbo, Opera. verſ. bona opera fidelibus.

Quæ cogitanda ſimul & agenda præcipit Paulus Philipp. Fer. 2. Dñicæ 4. poſt Epiph. lect. 3. cap. 4. & fer. 4. lect. 1. 2. & 3. ad Coloſſ. cap. 3. Vide & in verb. Curioſitas. verſ. altiora,

Vidit Deus quòd cuncta cogitatio cordis hominis intenta erat ad malũ. Dñica in Sexa. lect. 2. Gen. c. 6.

Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Fer. 4. Dñicæ in Sexa. lect. 2. Geneſ. cap. 8. Lege & lect. 3. fer. 6. eiuſdem Dñicæ. Geneſ. cap. 10. Vide & in verbo, Cor. verſ. non grauentur.

Vniuerſas mentium cogitationes intelligit Dominus. Dñica 3. in Quadrag. lect. 9. Bæda in Euange. Lucæ, lib. 4. ſuper cap. 11. cap. 48. num. 30. 40. 50. 60. tom. 5. lege & in Reſponſ. & verſ. lect. 3. fer. 2. Dominicæ 1. Aug.

Qua cogitatione hortatur nos Petrus armari debere. Fer. 3. in Rog. lect. 1. 1. Pet. cap. 4.

Rogandus eſt Dominus ne derelinquat nos in cogitatu maligno. In 7. Reſpon. Dominicæ 1. Augu. Vide & in verb. Conſilium. verſ. quòd impiorum.

In omnibus vijs tuis cogita Deũ, & diriget greſſus tuos. Fer. 2. Dominicæ 1. Aug. lect. 1. Parabo. Salom. cap. 3.

Eruditis cogitationibus intereſt ſapientia. Fer. 4. lect. 3. cap. 8.

Reuelentur Deo opera noſtra, & dirigẽtur cogitationes noſtræ. Sab. eiuſdem Dñicæ lect. 1. cap. 16.

Peruerſæ cogitationes nos à Deo ſeparant. Dñica 3. Aug. Sapien. 1. cap. 1. Vide & in verb. Conuerſio. verſ. conuertimini clamat. & in verb. Quadrageſima.

geſima. verſ. derelinquat.

Quæ Deus præcipit, ſunt ſemper cogitanda. Fer. 5. Dñicæ 4. Aug. lect. 1 Eccleſiaſti. cap. 3.

Cogitationes cordis, & ſecreta ſcrutatur animarũ, quia nuda mentium, & aperta ſunt omnia Dei filio quem conſcientiæ ſecreta non fallunt. Dñica infra octa. Natiui. lect. 8. Ambr. 2. lib. Com. in Luc. lr̃a L. M. tom. 4. Vide in verb. Cor. verſ. ſcrutãs. Qui finxit, cor intuetur, &, Quæ ſunt.

Nulla Deum latet cogitatio. Fer. 6. Dominicæ 2. Septemb. lect. 3. Iob. cap. 40.

Interna cogitationum ſecreta cognoſcit Dominus & nihil eorum, quæ ſunt intra hominem abſconſa non ſpeculatur. Dñica 22. poſt Pent. lect. 8. Hilar. Com. in Matth. cap. 13. in initio. Vide in verbo, Honor. verſ. reprehendit. cum ſequen.

Plus audit Deus tacitas ſuorũ cogitationes quàm voces omniũ. Dñica 3. Octob. lect. 6. Ambr. ex lib. offic, cap. 41. lr̃a I. K. tom. 1. Vide in verbo, Mens. verſ. nuda, & in verb. Spirit⁹. verſ. ſpirituũ põderator.

Cogitationes bonę bona opera pręcedũt aliter nulla illa eſſent. In Cõme. Pauli Apoſt. die 30. Iunij, lect. 5. Auguſt. de grat. & lib. arbit. cap. 6. & 7. litera D. E. F. G. tom. 7.

Rogandus eſt Dñs vt à prauis cogitationibus mundemur in mente. Oratio Dñicæ 2. in Quadrag.

Et quæ recta ſunt eo inſpirante cogitemus & eo gubernante eadẽ faciamus. Orõ Dñicæ 5. poſt Paſcha.

Spiritum donet cogitandi quæ recta ſunt & faciendi. Oratio Dominicæ 8. poſt Pent.

Collectæ. Scribebat Paulus Corinthijs, vt & collectas facerẽt ipſi quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinauerat eccleſijs Galatiæ. Sab. Dñicæ 1. poſt Epiph. lect. 1. ad Corin. c. 16. Vide & in verb. Eleemoſina.

D Com-

Commessatio, vide Conuiuium.

Compassio. Vide in verb. Miſericordia, Proximus,&, Pauper. & in verb. Manus. verſ. ſic mens,

Complacentia. Vide in verb, Homo. verſ. Dominus diſſipauit. cũ ſequenti. & in verb. Adulatio,

Concilium. Nullum concilium iure celebratur, niſi ex auctoritate Rom. Pontif. In feſto S. Marcelli Papæ & Martyris, lect.6. die 16. Ianuarij, ex Geſt. tom.1.

Coena. Tria hominum genera à cõſortio magnę illius cœnæ excluduntur, Gentilium, Iudæorum & Hæreticorũ. Dñiça 16. poſt Pente. lect.9. Ambroſ. lib.7. in Luc. littera H. I. tom.4. cap.15. Lege & in hom. Euang. Dñicæ infra octa. Corpo. Chriſti, Greg. hom.36. littera D. E. tom.2.

Concordia. Vide Pax.

Concvpiscentia. Carnis concupiſcentia non adimpletur, ſi ſpiritu ambulemus. Fer.3. Dñicæ 3. poſt Epiph. lect.3. Paul. ad Galat. cap.5.

Quæ mala ex concupiſcentijs oriantur. Fer.6. Dñicæ 4. poſt Paſcha. lect.1. Iacob. cap.4. Vide & in verb. Tentatio. verſ.ſed vnus quiſque.

Ad iram quippe Dei pertinet iuſtam quicquid cæca & indomita concupiſcentia faciunt libenter mali, & quicquid manifeſtis, apertiſque pœnis patiuntur inuiti. Dñica in Septua. lect.6. ex lib. Enchirid. Aug. cap. 25. 26. & 27. littera B. C. D. tom.3.

Cum per dona nobis à Deo donata effecti ſimus diuinæ naturæ cõſortes fugiamus eius quæ in mũdo eſt concupiſcentię corruptionẽ. Fer.6. infra octa, Aſcenſ. lect.1. 2.Pet, cap,1,

Quid autem curam omnem ſubinferentes miniſtrare debeamus. lect,3.

Inconſtantia concupiſcentiæ peruertit ſenſum ſine ma-

malitia. Fer. 2. Dñicæ 3. Aug. lect. 2. Sapien. cap. 4. Lege & in Dñica 4. Aug. lect. 6. Greg. lib. 1. Moral. cap. 16. in cap. 1. Iob.

Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiã cordis tui. Dñica 5. Aug. lect. 1. Eccleſiaſti. cap. 5.

Quæ inexplebilem malitiæ concupiſcentiã teſtantur. lect. 5. Ioan. Chryſ. hom. 22. in Paul. cap. 10. 2. ad Corinth. littera B. C. tom. 4. Vide & in verb. Salomon. verſ. Salomon cum ſecularium.

Non Concvpisces rem proximi tui, non vxorẽ, & nullius aliquid deſiderabis. Paul. ad Theſſal. cap. 4. fer. 6. Dñicæ 4. poſt Epiph. lect. 3.

Argentum & aurum aut veſtem nullius concupiui ait ipſe. Fer. 4. Dñicæ 2. poſt Paſcha, lect. 3. de Actib. Apoſt. cap. 20. idem habetur in Com. vnius marty. lect. 3.

Aliena non appetere, propria largiri, iubet nos veritas. Dñica de Paſſ. lect. 7. Greg. hom. 18. littera B. C. tom. 2. Vide & in verb. Furtum.

Quod remedium Dominus huic vitio oppoſuerit. In Com. vni. mart. lect. 7. Greg. hom. 32. littera A. B. tom. 2.

Quid ſit concupiſcendum, vide in verbo, Petitio. verſ. qnicquid aliud.

Confessio. Delictum meum, ait Propheta, cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. Pſal. 31. Beati quorum. fer. 2. ad Matut.

Dixi, ait idem, confitebor aduerſum me iniuſtitiã meam, & tu remiſiſti iniquitatem peccati mei. Ibid.

Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi. Pſal. 75. Notus in Iudæa. fer. 5. ad Matut. in verbo, Peccatum. verſ. iniquitatem meam.

Quid eſt peccatorum confeſſio. Fer. 5. Dñicæ 2.

 in

in Quadrageſima. lect. 2. Grego.hom.40. littera A. B. tom. 2.

Confitemini alterutrum peccata veſtra, inquit Iacobus. Sabbato Dominicæ 4. poſt Paſcha. lect. 3. Iacob. cap. 5.

Si peccata confiteamur fidelis eſt Deus & iuſtus ? vt remittat nobis peccata noſtra. Dominica infra octa. Aſcenſ. lect. 2. Ioan. 1. cap. 1.

Qui confitetur peccata ſua, & ea accuſat cum Deo facit. Fer. 2. Penth. lect. 3. Auguſt. in Ioan. tracta. 12. littera M. A. B. tom. 9.

Deus accuſat peccata tua & ſi tu accuſes, coniungeris Deo. Vide & in verbo, Cor. verſ. rogemus.

Confeſſio operum malorum eſt initium operum bonorum. Ibid.

Quòd peccatorum vulnera ſint detegenda. Dominica 3. poſt Penth. lect. 5. Greg. 1. Reg. cap. 4. lib. 4. cap. 11. littera L. k. tom. 2.

Qualiter peccatorum fœctores tergendi ſunt, & ægræ mentes ſanitati reſtituendæ. Ibid.

Non confundamur confiteri peccata noſtra, Sab. Dominicæ 4. Augu. lect. 2. Eccleſiaſti. cap. 4. Vide in verbo, Senectus. verſ. ne confidas. Vide in verb. Peccatum. verſ. confiteamur.

Iuſtus accuſator eſt ſui in principio ſermonis, & alibi: Dic tu peccata tua vt iuſtificeris. In feſto S. Matth. lect. 7. die 21. Septemb. Hieron. in Matth. lib. 1. littera G. H. B. cap. 9. tom. 9.

Non poſſe quemquam ſaluari niſi confitentem. In feſto Dedicat. Eccle. lect. 9. Ambro. lib. 8. in Luc. littera E. F. cap. 18. tom. 4. in verb. Verbum. verſ. animæ lauandæ.

EXEM-

EXEMPLA.

DAuid Rex præmatura confeſſione atque immẽſo dolore reddidit peccatum ſuum Domino, cõfeſſus eſt culpam & obtinuit indulgentiam. Dominica 6. poſt Penthe. lect. 4. 5. & 6. lege 1. 2. & 3. Reg. 2. cap. 12. Ambroſ. de Apolog. Dauid cap. 2. & 4. littera L. M. G. tom. 4.

Magdalena lauit Domini pedes obſequio confeſſionis. In feſto ipſius, die 22. Iulij, lect. 6. Grego. hom. 25. littera D. E. F. tom. 2.

Publicano confitenti peccata ſua parcebat Dominus. Dominica 10. poſt Pent. lect. 9. Aug. de verb. Domini, ſerm. 36. littera k. L. M. tom. 10.

Connubium vel Coniugium, vide Matrimoniũ.

Conscientia. In conſcientia pura, aiebat Paulus, ſe ſeruire Deo. Fer. 3. Dominicæ 5. poſt Epiph. lect. 1. ad Timoth. cap. 1.

Sanguis Chriſti emundauit conſcientiã noſtrã ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti. Sab. San. lect. 7. Paul. ad Hebræ. cap. 9. Vide in verbo, Cogitatio. verſ. cogitationes cordis.

Quibus rebus conſcientia debet delectari. Dñica 3. Septua. lect. 6. Leo ſerm. 9. de Ieiun. 10. menſ.

Conſcientiam noſtram videre poſſumus, aliorum minime. In vig. Pent. lect. 8. Augu. in Ioan. tracta. 74. & 75. littera L. M. A. tom. 9.

Felix conſcientia quæ afflictionis tempore bonorũ operum recordatur. Dominica 11. poſt Penth. lect. 5. Hieronym. in Iſai. Prophe. lib. 11. cap. 38. littera F. G. tom. 5.

Quòd vnuſquiſque debet conſiderare conſcientiã ſuam & eam quomodo debeat mundare. In Com. Dedicat. eccleſ. lect. 5. Aug. ſerm. 252. de temp. &

 1. de

1. de feſto Dedicat. Eccl. littera A. B. tom. 10. Vide & in verb. Auaritia. verſ. delectetur. in verbo, Charitas. verſ. finis præcepti.

Consilium. Domini conſiliũ manet in æternũ, nam cogitationes conſilia gentium ipſe diſſipat, & reprobat conſilia principum. Pſal. 32. Exultate. fer. 2. ad Matut.

Quòd impiorum cogitationes & conſilia diſſipentur, lege in die Epiph. lect. 5. Leo ſerm. 2. de Epiph. Dñi, & fer. 4. Dñicæ 4. Octob. lect. 1. & 2. Macha. 2. cap. 3. & fer. 5. Dominicæ 5. Octob. lect. 1. 2. & 3. Ibid. cap. 9.

Et ſi conſilium Domini quiſquam hominum non facile ſcire poteſt iuſta propheticum dictum; Quis enim poterit ſcire conſiliũ Domini, aut quis poterit cogitare quid velit Deus? vt fer. 5. Dñicæ 3. Augu. lect. 1. Sapien. cap. 9. & quis poteſt dicere ei, Cur ita facis Deus? vt Dñica 2. Septéb. lect. 3. Iob. ca. 9.

Quomodo tamen poſſumus intelligere. Ibid. lect. 2. & fer. 4. quatuor temporum Aduent. lect. 1. Ambro. 2. lib. Com. in Luc. littera H. A. G. tom. 4. Vide in verbo, Voluntas. verſ. nam quis poteſt. & in verb. Curioſitas. verſ. altiora.

Pete à Deo, vt omnia conſilia tua in ipſo permaneant. Reſponſ. lect. 2. Dñicæ 3. Septemb. Tob. 4.

Quàm interſit inter eos qui ſine conſilijs viuunt, & eos qui in vitæ conſilio mentem figunt. Dñica 4. Aug. lect. 4. 5. & 6. Greg lib. 1. Moral. cap. 26. in 1. cap. Iob. littera A. B. C. tom. 2.

Cauendũ eſt ne cum alij conſulere videri velimus noſtrum emolumentum ibi potius quàm illius vtilitatem attendamus. Dominica 14. poſt Pent. Augu. de ſerm. Domini in monte, lib. 2. cap. 22. littera F. G. tom. 4.

Consolatio. Secundum altitudinem dolorum meorum in corde meo, ait Propheta, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Pſal. 93. Deus vltionum. Fer. 6. ad Matutinũ, in verb. Tribulatio. verſ. nullam patimur.

EXEMPLA.

Iob hæc erat conſolatio, vt affligeretur à Deo dolore & non parceret, nec contradiceret ſermonibus ſanctis. Fer. 6. Dñicæ 1. Septẽb. lect 3. Iob. c. 6.

Qui conſolabantur afflictum Iob concordantes erant dolori eius. Fer. 3. Dñicæ 1. Septemb. lect. 3. ibidem cap. 2.

Qui tandé conſolatus eſt. Sab. Dñicæ 2. Septẽb. lect. 3. Iob cap. 42. Vide & in verb. Carcer. verſic. Tobias.

Contendere cum Deo quid ſit, Vide in verbo, Gloria. verſ. & cum Deo.

Contentio. Vide in verb. Litigia.

Continentia. Perpetuam poſſe ſeruari continẽtiam. Hom. ſuper Euange. Matth. in feſto S. Agathæ, die 5. Februa. Ioan. Chryſ. hom. 63. in Matth. cap. 19. littera B. C. tom. 2. Vide & in verb. Tempus. verſ. cur continentiæ obſeruantia.

Contritio. Cor contritum & humiliatũ Deus non deſpicies. Pſal. 50. Miſerere. Fer. 2. ad Laud.

Magna ſicut mare contritio. Fer. 6. in Parab. lect. 1. Hierem. cap. 1.

Dominus ſanat contritos corde & alligat contritiones eorum. Pſal. 146. Laudate Dñm qm̃ bonus eſt pſalmus. Sab. ad Veſp. Vide & in verb. Cõuerſio.

Contumelia. Qui ſocij ſunt contumeliæ pro Chriſto participes & lætitiæ eſſe debent. In Com.

Marty. temp. Paſcha. lect.4. Ambr. ſerm. 74. litte ra D. E. tom.3.

EXEMPLA.

CHriſtus accepta contumelia quomodo reſponde rit. Dominica de Paſſ. Domini, lect.9. Grego. hom.18. littera B. C. tom.2.

Apoſtoli gaudebant qnòd digni habiti eſſent pro Chriſto contumeliam pati cap. ad Non. in Cõmu. Apoſt. Actu. Apoſt. cap.5.

Reges Arabum & Sabba dona adducent, & adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruiẽt ei. Pſal. 71. Deus iudicium. Fer. 5. ad Matut. Legãtur & Pſalmi alleg. in Antiph. Noct. feſti. Epiph.

Aurum, thus & myrrham Dño Magi obtulerunt & quid per hæc dona ſignificetur. 2. die infra octa. Epipha. lect. 7. 8. & 9. Greg. hom. 10. littera D. to. 2. lege Hymn. ad Laud. in eod. feſto, O ſola magnarum vrbium. Prudent. & 4. die lect. 9. Hierony. in Matth. lib. 1. cap. 2. littera H. A. tom. 8.

Eadem dona myſtice nos debemus offerre. lect. 8.

Quid magnum nobis Magi innunt ad noſtrã eruditionem quòd per aliam viã reuerſi ſint in regionem ſuam. 3. die infra octa. lect. 7. 8. & 9. Grego. hom. 10. littera D. E. to. 2. & 4. die, lect. 9. Hieró. in Matth. eod. lib. 1. cap. 2. & 5. die, lect. 9. Ambr. 2. lib. Cõm. in Luc. littera B. C. D. tom. 4.

Quæ ſint iſta vera fidei munera Domino oblata. Die 5. lect. 7. Idem Ambro. ibid.

Cur nato Chriſto Redemptore, in Iudæa Angelus apparuit & ad adorandum eum, Magos, non Angelus, ſed Stella perduxit? In die Epipha. lectio. 7. Greg. hom. 10. littera M. A. tom. 2. Vide & in verbo, Iudæi. verſ. ad eorum.

Cur tunc paruulum gentibus ſtella denuntiat, & cum perfectæ eſſet ætatis eundem Apóſtoli prædicant? lect. 8. Idem Greg. ibid. In verb. Epiphania.

Mala. Diuerte à malo & fac bonum. Pſal. 33. Benedicam Dominum. Fer. 2. ad Matut.

Declina à malo & fac bonum. Pſal. 36. Noli æmulari. Fer. ead. Vide inf. verſ. minus. & in verb. Mitis. verſ. mites autem ſunt.

Vultus Dñi ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Ibid. in Pſal. Benedicam.

Vel

Vel ſi mala nos opprimant, nec Dei nec eius præceptorum obliuiſci debemus. Pſal. 43. Deus auribus noſtris. Fer. 3. ad Matut. Vide & in verb. Iob. verſ. percuſſus.

Si ambulauero, ait ipſe, in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. Pſal. 22. Dominus regit me. In Feri. Offic. ad Prim.

In die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui. Dñs illuminatio. 26. Fer. 2. ad Matut.

A malo liberari deſiderãs, orat multa patiens. Pſ. 63. Exaudi Deus orationem meam. Fer. 4. ad Mat. ex Aug. ſuper Pſal. littera A. B. F. G. tom. 8. Idem fer. 5. in Cœna Domini, lect. 4.

Qui diligitis Dominum, odite malum. Pſal. 96. Dominus regnauit, exultet terra. Fer. 6. ad Matut.

Lętati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti annis quibus vidimus mala, Domine refugium. 89. Fer. 5. ad Laud. In verb. Infirmitas, &, Peccatum. verſ. etiam ſtulti vt fuit Antiochus. cum trib. ſeq.

A Deo cognoſcamus liberari à malis huius ſęculi, Niſi quia Dominus. 123. Fer. 3. ad Veſper.

Lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam cum confuſi & reueriti fuerint qui quærũt mala mihi, In te Domine ſperaui. 70. Fer. 5. ad Matut.

In omnem animam hominis operantis malum tribulatio & anguſtia. In feſto S. Sylueſt. die 31. Decemb. lect. 3. Paul. ad Rom. cap. 2.

Mala non eſſe cogitanda, In verb. Cogitatio. verſ. auferte.

Monebat Paulus Romanos, vt odiſſent malum & adhærerent bono, 2. die infra octa. Epipha. lectio. 3. cap. 12.

Time Deum, & recede à malo, ſanitas quippe erit vmbilico tuo & irrigatio oſſium tuorum. Fer. 2.

Domi-

Dominicæ 1. Aug. lect.2. de Parab. Salom. cap.3 in verb. Oculus. verſ. qui claudit.

Sapiens timet & declinat à malo, ſtultus tranſilit & confidit. Fer.6. eiuſd. Dñicæ lect.3. Ibid. ca.14.

In timore Domini declinatur à malo. Sab. eiuſd. Dominicæ lect,2. Ibid. cap.16.

Obſerua tempus & deuita à malo. Sab. Dñicæ 4. Aug. lect.1, Eccleſiaſti. ca.4. In verb. Timor. verſ. timor Domini odit malum.

Diuerte ab iniquo, & deficient mala abs te, Fer. 2. Dominicæ 5. Aug. lect.1. Eccleſiaſti.7.

Recedere à malo eſt intelligentia. Fer.3.Dñicæ 2. Septemb. lect,3. Iob cap.28.

Deus benignitate & patientia vtitur erga male agentes, & quid niſi reſipiſcant? In feſto S. Syluest. die vlt. Decemb. lect.1.& 2. Paul. ad Rom. cap.2.

Ad euitandum maius malum, minus cōmiſit Simon Machabæus, licet dolum cognoſceret, Fer.5. Dñicæ 3. Octob. lect.3. Machab.1. cap.13.

Quæ malorum incurſio inter alia peſſima & grauis vniuerſis Machabæis accidiſſe legitur, Sab. Dominicæ 4. Octob. lect.1. & 2. Machab.2.cap.3.

Minus eſt mala non agere, niſi etiam quiſque ſtudeat bonis operibus abundare. In Com. Conf. nō Pont. lect.8. Grego. hom. 13. littera M. A. tom.2.

Bonum, vt velimus, de noſtro præſtandum eſt, malum omne vitandum. Dñica 7. poſt Pent. lectio.9. Hilar. Com.1. cap.6. in Matth.

Vt tolerabilius mundi huius mala ſuſcipiamus cōtra hæc præſcientiæ clypeo muniamur. In Com. plur. mart. lect.7. Greg. hom.35. littera D. tom.2.

De tantis mundi malis euadendi quod remedium eſt. Lege in die 5. infra octa. om. ſanct. lect.8 Aug. de ſerm. Dñi in mon. lib.1. littera M, A. tom.4.

Qui

Qui mala tolerant propter Chriſtũ, debent & gloria cum Chriſto habere. In Com. vni. mart. temp. Paſch. lect.4. Ambr. ſerm.74. littera D. E. tom.3. In verb. Beatitudo. verſ. intrinſecus.

Rogemus Dominum vt cõcedat nobis ſalutem & redimat nos à malis. In Reſp. lect.1. Dñicæ 1. Octob. Et non deſerat in tempore malo. Reſpon.2. lect. eiuſd. Dñicæ. In verb. Tentatio. verſ. & ex corde.

Eumque obnixe precemur vt qui protectionis eius quærimus liberari à malis omnibus ſecura ei mente ſeruiamus. Orõ fer.4. Dñicæ 3. Quadr. ad Veſp. Dicamus ergo ſinguli; Noſtris malis oſtendimus Tuam Deus clementiã Effunde nobis deſuper Remiſſor indulgentiam. Hymn. Ex more docti myſtico. Dominica 1. in Quadrag.

MALA PRO MALIS
NON REDDENDA.

MAledicimur & benedicimus, ait Paulus. Fer. 2. Dñicæ 1. poſt Epiph. lect.3. ad Cor.1. c.4. Maledicent illi, & tu benedices. Deus laudem meam. 108. Sab. ad Matut.

Qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. In verbo, Iniuria. verſ. ego autem.

Alieni inſurrexerunt in me, & fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum: ecce enim Deus adiuuat me, & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ. In verb. Inimicus. verſ. auerte mala.

Synagoga populorũ circũdederunt me, & nõ reddidi retribuentibus mihi mala. Reſp. lect.3. fer.3. maior. hebdom.

Pro malis ab hominibus, quorum ſpes in Deo eſt mala

mala non ſunt reddenda. Fer. 2. Dñicæ 2. Quadra. lect. 3. Aug. in Ioan. tract. 38. littera A. B. tom. 9.

Rogabat Deum Paulus vt Corinthij nihil mali facerét. Sab. Dñicę 2. poſt Epiph. lect. 2. ad Cor. 13.

Malorum non debemus rependere vicem. Dominica 3. Quadrage. lectio. 5. ex lib. S. Ambro. de S. Ioſeph. littera D. E. tom. 4.

Numquid redditur pro bono malũ, quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare quòd ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationẽ meam ab eis. Antiph. & cap. ad Prim. Fer. 2. Dñicæ Paſſ. Hierem. 18.

Duo mala, dicit Dominus per Hierem. feciſſe populum ſuum, dereliquiſſe Dominum fontem aquæ viuæ, & effodiſſe ſibi ciſternas diſſipatas quæ aquas continere nõ valent. Dominica in ram. Palm. lect. 1. Lege & 2. & 3. Hierem. cap. 2. lege & cap. ad Tert. Fer. 2. Dominicæ Paſſ. Idem cap. 17.

Non debet quis imitari malum, ſed bonum, & qui male facit non videt Deũ. Fer. 6. poſt octa. Aſcenſ. lect. 3. Ioan. epiſt. 3. cano. cap. 1. in verb. Opera. verſ. ſicut malis operibus. Mitis. verſ. mites autem.

Cum mala pro malis non reddiderit Dauid, cur Gelboe montibus maledicit? Dñica 5. poſt Penth. lect. 4. & 5. Greg. in Moral. cap. 3.

MALA IN MALE AGENTES REDVNDANT.

QVa pœna alios indebite afficimus, ea ſæpe afficimur. Lege in fer. 6. Dominicæ 4. Octobris lect. 2. & 3. Machab. 2. cap. 5.

Mala enim non ſunt facienda, ſi non vis te apprehendant. Fer. 2. Dominicæ 5. Aug. lectio. 1. Eccleſiaſti. cap. 7.

Incidit in foueam quam fecit, conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Dñe Deus meus. 7. Dñica ad Mat.

In laqueo iſto quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum. Confitebor tibi Domine. Ibid. ad Matutinum.

In operibus manuũ ſuarum comprehenſus eſt peccator. Ibid. In verb. Lingua. verſ. & infirmatæ.

In laqueo ſuo humiliabit eum. Ibid. In verb. Cogitatio. in princ.

Cogitauerunt conſilia quæ non potuerunt ſtabilire. Domine in virtute. Ibidem. ad Matut. in verb. Conſilium. in princ.

Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abſcondit, apprehendat eum, & in laqueum cadat in idipſum. Iudica Domine nocentes me. 34. Fer. 2. ad Matutinum.

Foderunt ante faciem meam foueã, & inciderunt in eam. Miſerere. 56. il 2. Fer. 4. ad Matut.

Non ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum. Fer. 2. Dominicæ 5. Aug. lect. 1. Eccleſiaſti. cap. 7. lege & in fer. 5. Dominicæ 2. Octob. lect. 3. Machab. 1. cap. 6.

Deus autem, vt ait per Prophetam, reddet illis iniquitatem ipſorum, & in malitia eorum diſperdet illos Dominus Deus noſter. Deus vltionum. 93. Fer. 6. ad Matut. in verb. Homicidium. verſ. qui effuderit. Iniuria. verſ. & qui iniuriam. & qui ſanguinem.

EXEMPLA.

Aman à malo quod Mardocheo parauerat, apprehenſus eſt. Sab. Dñicæ 5. Septembris, lect. 3. Eſthe. cap. 7. lege & in fer. 6. Dñicæ 4. Octob. lect.

1, 2, & 3. Machab. 2. cap. 5.

Daniel accuſatus eſt apud regem, quid vero accuſatoribus acciderit. Fer. 6. Dominicæ 3. Nouemb. lectio. 3. Dan. cap. 6.

Ptolomæus reddidit mala pro bonis, ſed quos miſit vt Ioannem occiderent, occidit Ioannes. Sab. Dñicæ 3. Octob. lect. 3. Machab. 1. cap. 16.

Iaſon frater Antiochi finem inſidiarũ ſuarum confuſionem accepit. Fer. 6. Dominicæ 4. Octob. lect. 2. Machab. 2. cap. 8. in verb. Inſidiæ.

Maledicentia. Vide Detractio.

Maledictum. Dicit Dominus in terra inundaſſe maledictũ. Fer. 2. Dñicę 4. Nouẽb. lect. 1. Oſeę 4.

Benedicentes Domino hæreditabunt terram, maledicentes autem ei diſperibunt. Noli æmulari. 36. Fer. 2. ad Matut. Vide & in verb. Mala. Tit. Mala pro malis non reddenda. verſ. cum mala. lege in fer. 3. Rogat. lect. 1. 1. Pet. cap. 4.

Sed dicamus ex corde; Sanctificetur Domine nomen tuum. In oratione Dominica, Pater noſter.

Mali. Ne putetis malos gratis eſſe in hoc mundo & nihil boni de illis agere Deum, omnis malus aut ideo viuit vt corrigatur, aut ideo viuit vt bonus per illum exerceatur. Fer. 5. in Cœna Domini, lect. 4. ex tract. S. Aug. ſuper Pſal. littera A. B. F. to. 8.

Eos odiſſe non debemus cum nos exerceant, & cur? lect. 5. Idem ibid.

Inter eos oportet nos viuere. Vide in verb. Bonitas. verſ. nam neceſſe.

Exhonerauit Dñus conuentus malorũ & deſtruxit eos vſque in finem. Fer. 3. Dominicæ 5. Aug. lect. 3. Eccleſiaſti. cap. 10.

Malorum amatores digni ſunt morte qui ſpem habent in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt

& qui colunt. Sab. Dñicæ 3. Aug. lect. 2. Sap. 15. Vide & in verb. Concupiſcentia. verſ. ad iram. & in verb. Fructificare. verſ. malos.

Malignvs. Contere Domine, ait Propheta, brachium peccatoris & maligni. Pſalm. 9. Cõfitebor. Dominica ad Matut.

Ad nihilum in conſpectu eius deductus eſt malignus. Pſal. 14. Domine quis habitabit.

Qui malignantur, exterminabuntur. Pſal. 36. Noli æmulari. Fer. 2. ad Matut.

Malignus iuxta Dominum non habitabit. Pſal. 5. Verba mea. Fer. 2. ad Laud.

Quis cõſurget mihi aduerſus malignantes niſi Dominus? Pſal. 93. Deus vltionum. Fer. 6. ad Matu.

Declinantem à me malignum non cognoſcebã. Pſ. 100. Miſericordiam. Sab. ad Matut.

Maligni tanquam fœnum velociter areſcent. prę alleg. Pſal. Noli æmulari. In Com. vni. mart. lect. 4. Aug. ſerm. 44. de ſanct. littera A. B. C. tom. 10.

Patientiam aduerſus malignantes exhibendã. Ibi.

Inſipientes & maligni oderunt diſciplinam, & rei facti ſunt in cogitationibus ſuis. Reſp. lect. 1. fer. 2. maior. hebd. Vide & in verb. Detractio.

Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. In Dominica Palm. lect. 2. Hierem. cap. 2.

Abijcienda eſt omnis immunditia, & abundantia malitię. Fer. 2. Dñicę 4. poſt Paſcha lect. 2. Iacob. 1.

Diabolum ſua fefellit malitia. Dñica Palm. lect. 6. Leo ſerm. 11. de Paſſ. Dñi. Vide & in verb. Regnum Dei. verſ. iniquitate. & in verb. Cain.

At alij malitiã, alij virtutem ſectantur, ſed malitię ſectatorum multi feliciter in vltimam peruenerunt ſenectutem, virtutis autem contra. 4. die infra octa. S. Laurent. lectio. 8. Ioan. Chry. in Ioan. hom. 65.

littera

littera D. tom.3. In verb. Lingua. verſ. os tuum.

Dicat ergo vnuſquiſque cum Propheta; Declinate à me maligni & ſcrutabor mandata Dei mei. Pſal. 118. Iniquos. Dominica ad Sext.

Mammona. De Mammona (quæ Syriorũ lingua diuitiæ nuncupantur) iniquitatis faciendos nobis amicos præcipit Chriſtus. Dñica 8. poſt Penth. lect. 8. Hiero. quæſt.16. epiſt. ad Algaſ. littera B. to.3.

Qui ſeruit mammonæ, ſubditur diabolo. Dñica 14. poſt Pent. lectio.8. Augu. de ſerm. Domini in monte. lib.2. cap.22. littera F.G. tom.4. Vide & in verb. Diuitiæ, &, Diſpenſator.

Mandatvm. Maledicti qui declinant à mandatis Domini. Pſal. 118. Retribue. Dominica ad Prim.

Omnia mandatatua veritas. Pſalm.118. Defecit. ad Sext.

Mandata tua, ait Propheta, ſuper aurũ & topaziõ dilexi. Pſal. Iniquos odio habui. Dñica ad Sext. in verb. Inſidiæ. in princ.

Vidi præuaricantes & tabeſcebã, quia eloquia tua non cuſtodierunt. Pſalm.118. Clamaui. ad Non. in Dominica.

Fidelia omnia mandata Domini. Confitebor. 111. Dominica ad Veſp. in verb. Tribulatio. verſ. tribulatio, &, anguſtia.

Minatur Dominus in virga iniquitatis eos viſitaturum, qui eius mandata non cuſtodiunt. Miſericordias. 88. Fer.6. ad Matut.

Cuſtodiebant teſtimonia eius & præceptum quod dedit illis, inuocabant Dominum, & ipſe exaudiebat eos in columna nubis loquebatur ad eos. Dominus regnauit, iraſcantur populi. 98. Sab. ad Matut.

Et memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendũ ea. Pſal. 102. Benedic. il 1. Sab. ad Matut.

Magnus & terribilis Deus cuſtodit pactum & miſericordiam diligentibus ſe, & cuſtodientibus mandata eius. Sab. Dominicæ 3. Nouemb. lect. 1. Dan. cap. 9. In verb. Retributio.

Qui mandata Dei non ſeruat, Deum non cognoſcit. In feſto S. Ioan. Apoſt. die 27. Decemb. lect. 3. Ioan. 1. cap. 1.

Ille nouit Deum qui eius mandata cuſtodit. Ibid. Idem repetitur Dominica 1. infra octa. Aſcenſ. 1. Noct. Vide in verb. Fides. verſ. non per ſolam fidẽ & in verb. Proximus. verſ. qui diligit.

Quæ bona promittat Deus cuſtodientibus mandata ſua, & quæ mala minatur ijs qui ſe ab eis auerterint. Dominica 8. poſt Pent. lect. 1. & 2. Reg. 3. ca. 9. Vide & in verb. Obedientia. verſ. ſi volueritis.

Mandata Dei abſque timore humano executioni ſunt mandanda, nam ſi ſupplicijs hominum eripimur manum omnipotẽtis Dei, nec viui nec defuncti effugiemus. Dñica 5. Octob. lect. 2. Machab. 2. cap. 6. Vide in verb. Timor. verſ. timor humanus. cum ſequent. lege & in 1. die inf. octa. S. Lauren. lect. 7. Aug. in Ioa. tract. 51. littera F. G. tom. 9.

Fortiter mandata Dei ſunt conſeruadda. 4. die infra octa. omn. ſanct. lect. 6. Aug. ſerm. 37. de ſanct. & 1. de feſtiui. omn. ſanct. littera F. G. tom. 10. Vide in verb. Tormenta. verſ. omnia.

Multa ſunt mandata Dei per operis diuerſitatem, ſed vnum in radice dilectionis. In Com. Apoſto. lect. 8. Greg. hom. 27. littera I. tom. 2.

Cum à mandatis receſſerimus, quid dicemus Domino pro venia impetranda. Vide in verb. Peccatum. verſiculo, confiteamur.

Rogemus Dominum vt ſubiectum ſibi populum propitiatio cœleſtis amplificet, & ſuis ſemper fa-

ciat ſeruire mandatis. Oratio fer.5. Dominicæ 4. Quadra. legatur & oratio Dominicæ 1. poſt Pent. Deus in te ſperantium fortitudo.

EXEMPLA.

DAuid quàm glorioſe à Deo commendetur qui eius mandata cuſtodiuit. Fer.6. Dñicæ 8. Reg. 3. c.14. Vide & in verb. Rex. verſ. Roboã. in Exẽpl.

De Tobia, Vide in verb. Timor. verſ. Tobias. in Exemplis.

Ioſeph mandata Dei tempore etiam anguſtiæ cuſtodiuit, qui factus eſt poſtea Dñus Ægypti. Fer. 5. Dñicæ 1. Octob. lect.1. Machab.1.

Saul quàm ſtulte egerit quòd non cuſtodiuit mandata Domini, quæ ei præcepit. Vide in verb. Obedientia. in Exẽpl. verſ. Saul. & in verb. Lex, Præceptũ, &, Pater. in Exẽpl. verſ. Dauid, &, Mathathias.

De mandato dilectionis. Vide in verb. Dilectio.

Rogemus Dominum vt quæ ei non placent, reſpuentes eius potius repleamur delectationibus mandatorum. Oratio fer.5. Dominicæ Paſſ. ad Veſp.

Mansio. Manſionem in cęlo pro ſe vnuſquiſque accepturus eſt merito. In feſto SS. Philip. & Iacob. lect.9. die 1. Maij. Augu. in Ioan. tract.67. littera F. G. tom.9.

In quorum corda venit Deus, & manſionem non facit. In feſto Pent. lect.3. Greg. ho.30. in Euang. littera B. tom.2. In verb. Dilectio. verſ.2. ſi quis diligit me. lege & in octa. S. Laurent. lectio.4. & 5. Aug. in Ioan. tract.27. littera M. A. tom.9. In verbo, Euchariſtia. verſ. quid ſit.

De manſione huius ſæculi nobis Deus aliquando ſubrepit, vt hoc petamus quod nobis non expedire

neſcimus, ſed abſit vt fiat nobis ſi manem* in Chriſto, qui non facit quando petimus, niſi quod expedit nobis. In Com. vni. marty. tempo. Paſch. in 2. lect. lect. 9. Idem in eund. tract. 81. littera G. H. I. tom. 9. Vide & in verb. Euchariſtia. verſ. quid ſit. & in verb. Petitio, Meritũ, Merces, &, Retributio.

Mansvetvdo. Manſuetos exaltauit Dominus in ſalutem. Pſalm. 148. Laudate Dominum de cœlis. Dominica ad Laud.

Diriget Dominus manſuetos in iudicio. Ad te Domine leuaui. 24. Fer. 3. in Feri. Offic. ad Prim.

Manſueti hæreditabunt terram. Noli æmulari. 36. Fer. 2. ad Matut.

Cum exurgeret in iudiciũ Deus, vt ſaluos faceret mãſuetos terræ. Notus in Iudæa. 75. Fer. 5. ad Mat.

Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Meméto Dñe Dauid. 131. Fer. 5. ad Veſp.

Suſcipit manſuetos Dominus. Laudate Dominũ. quoniam bonus. 146. Sab. ad Veſp.

Manſuetudinem erga omnes homines oſtendendã eſſe monet Paulus. Fer. 6. Dominicę 5. poſt Epiph. lectio. 1. ad Tit. cap. 3.

Cum manſuetus aliquis ac modeſtus, cum miſericors fuerit & iuſtus, non in ſe met ipſo tantũmodo hæc recte facta concludet, verũ in aliorũ quoq; vtilitatem bonos faciet emanare fontes. In feſto S. Ioa. Chry. lect. 8. Idẽ ho. 15. ſuper Matth. lr̃a B. C. to. 2.

Sed qui mundo eſt corde. Vide in verb. Perſecutio verſ. qui mundo corde eſt. in Exempl. & in verbo, Verbum. verſ. in manſuetudine.

Quis vtiliter manſuetus. Vide in verb. Dilectio. verſ. cur ſic ſæpe.

De manſuetudinis ſimulatione. Vide in verb. Simulatio. verſ. blandimenta.

EXEM-

EXEMPLA.

MIrabilis Chriſti manſuetudo commendatur. Sab. Dominicæ 3. in Quadrag. lect.3. Augu. in Ioan. tract.33. littera F. G. tom.9.

Apoſtolos ſuos oues mãſuetudine fecit Dominus. In feſto Cõm. Pauli, die 30. Iun. lect.7. Ioa.Chry. in cap.10. Matth. hom.34. littera C. D. A. tom.2.

Antonius abbas mãſuetudine & miſericordia ſupe rabat oẽs. In eius feſt. die 17. Ian. lect.5.ex Athan.

Moyſes manſuetus dignoſcitur. 6. die infra octa. omn. ſanct. ſerm. Ioan. Chryſ. Quòd aut martyres ſunt imitandi aut non laudandi. to.3. littera C. D.

Manvs. Nõ ſit porrecta man⁹ ad recipiendũ & ad dandũ collecta. Sab. Dñicæ 4. Aug.lect.3.Eccle.4.

Sic mens per cõpaſſionem doleat, vt etiam larga manus affectũ doloris oſtẽdat.Fer.6. quatuor temp. Septẽb. lect.3.Greg. ho.33. lr̃a G.tom.2. In verb. Dies, Labor, &, Proximus. verſ. proximi neceſſitas.

Mare. Cur per mare præſens ſæculũ deſignatur? Fe.4.Dñicæ Reſur.lect.3.Greg.ho.24.lr̃a G.H.to.2.

Aſcendente Ieſu in nauiculam ſecuti ſunt eum diſcipuli eius, & ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus: ipſe vero dormiebat. Dñica 4. poſt Epiph. in Euang.Matth.c.8.

Suſcitatur à diſcipulis, imperat mari & ventis, & ceſſat tempeſtas; quid per hoc ſignificetur. lect.8. Hiero. in Matth.c.8. lr̃a B. C.to.9. in verb. Ionas.

Dicamus cum Propheta; Exurge, quare obdormis Dñe; exurge, adiuua me & reddime me propter nomẽ tuum. Pſal.34. Fer.3. ad Matut.

Cur aſcendit in nauiculam & transfretauit, & nõ ſiccis pedibus ambulauit. lege ho. Dñicæ 18. poſt Pent. lect.7.8. & 9. Petrus Chryſolog. ex ſerm.30.

Ioan.

Ioan. Chryſ. hom. 13. ex varijs hom. in Matth.
Martyrivm. Si ad conſortium ſanctorum martyrum peruenire volumus, de imitatione martyrum cogitemus. 2. die infra octa. S. Laurent. lect. 6. ex Augu. ſerm. 30. de ſanct. qui eſt 1. de S. Laurent. lra D. E. to. 10. Vide & in verb. Sancti. verſ. debet.
In glorioſo martyris agone duo nobis eſſe cõſideranda. In Com. vni. mart. lect. 4. ex Aug. ſerm. 44. de ſanct. littera A. B. C. tom. 10.
Proponit Eccleſia ſanctorum, quorum feſta celebrat, & ſequenda veſtigia. Ibid.
Cum ſanctorũ martyrum ſolemnia celebramus, ad quid exhortamur, niſi vt imitari nos non pigeat quod celebrare delectat? In Com. plur. marty. lect. 4. Aug. ſer. 47. de ſanct. & 3. de mart. lra E. F. to. 10.
Qui ſanctos martyres, vel in quantum potuerit, noluerit imitari, ad eorum beatitudinem non poterit peruenire. ex Pauli ſententia, lect. 5. Idem ibid.
Et non ſolum martyres, ſed etiam ipſum Dominũ cum eius adiutorio ſi volumus, poſſumus imitari. lectio. 6. Idem ibid.
Martyrum gloriæ ad hoc diuino conſilio à Dei populis frequentantur, vt & illis debitus honor dicetur, & nobis virtutis exempla, fauente Chriſto, mõſtrẽtur. In Com. plur. mar. in alijs lect. lect. 4. lege & 5. & 6. Ioa. Chryſ. ſerm. de mart. lra D. A. to. 3.
Quibus laudibus prædicandi ſint fortiſſimi martyres, & fidei perſeuerãtia quo vocis præconio eſt exornanda, & quam ob cauſam. In Com. vni. mart. temp. Paſch. in alijs lect. lect. 4. 5. & 6. ex epiſt. S. Cypriani ad marty. & Confeſſ. lib. 2. epiſtol.
Et animo quis poteſt conſequi martyrium, licet perſecutor ſanguinem non fundat. In feſto S. Ioan. ante port. latin. die 6. Maij, lectio. 9. Hierony. in Matth.

Matth. lib. 3. cap. 2. littera D. E. F. tom. 9.

Martini animam & ſi gladius perſecutoris nō abſtulit, palmam tamen martyrij non amiſit. In eius feſt. die 11. Nouēb. Antiph. ad Magnifi. in 2. Veſp.

EXEMPLA.

CHriſtus caput martyrum prior pro nobis paſſus eſt nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. In octa. S. Stepha. lect. 5. Aug. ſerm. 2. de S. Stepha. littera G. H. to. 10. cap. ad Veſpe. Sab. Dominicæ 2. poſt Paſcha. 1. Pet. 2.

Innocentes iure dicuntur martyrum flores, quos in medio frigore infidelitatis exortos, velut primas erumpentes Eccleſiæ gemmas quædam perſecutionis pruina decoxit. In feſto Innoc. lect. 6. Aug. ſer. 10. in ord. & 3. de Innoc. littera A. D. tom. 10.

Stephanus eius paſſioni, veſtigia prior ſecutus eſt, Ibidem.

Franciſcus cupiens ſibi aliquam martyrij dari occaſionem in Syriam nauigauit. Die 4. Octob. lect. 5. ex Bonauentura.

Ioanni Euangeliſtæ animus non defuit martyriū conſequēdi, at calicē is bibit cōfeſſionis. ead. lect. 9.

Varia martyrum martyriorum genera qui cupit ſcire & imitari, legat per ſingula eorū feſta, & oblectabitur animus.

Dicamus & nos Domino; Te nunc Redemptor quæſimus, Vt martyrum conſortio Iungas precantes ſeruulos In ſempiterna ſæcula. Hymn. Æterna Chriſti munera. In Com. plur. marty. ad Matut.

Mater. Vide in verb. Patres. in Exempl. verſ. matres.

Matrimonivm. Non licet homini dimittere vxorem ſuam quacunque ex cauſa, excepta cauſa forni-

fornicationis. Dñica 2. poſt Epiph. lect.7. Aug. in Ioan. tract.9. littera G. H. tom.9.
Cur in cauſa fornicationis liceat. lect.8.
Quid moneat Paulus circa id. Fer. 5. Dominicæ 1. poſt Epiph. lect. 1. 2. & 3. ad Corinth. 1. cap.7. Vide & in verb. Fornicatio.
Monet idem vt vnuſquiſque ſciat poſſidere vas ſuum in ſanctificatione, non in paſſione deſiderij, & abſtineat à fornicatione. Fer.6. Dñicæ 4. poſt Epipha. lect.1. ad Theſſalon. cap.4.
Honorabile cõnubiũ in omnib.& torus immaculatus.Sab. Dñicæ 6. poſt Epiph. lect.1. ad Hebrę.13.
Impudici regnum Dei non poſſidebũt. Dominica 16. poſt Pent. lect.9. Ambro. in Luc. lib. 7. littera H. I. cap.15. tom.4.
Mariam ſponsũ habere voluit Chriſtus, qui tamẽ ad eius nuptias non peruenit, ſed vt cuſtos fuiſſet integerrimæ virginitatis. In feſto S. Thomę Apoſt. lect.8. Grego. hom.26. littera B. C. tom. 2.
Cuius coniugij exemplo magnifice inſinuatur fidelibus coniugatis etiam ſeruata pari conſenſu continentia poſſe permanere. vocarique coniugium non permiſto corporis ſexu, ſed cuſtodito mentis affectu. 5. die infra octa. Nati. Mar. lect 8. Aug. de conſenſu Euange. lib.2.cap.1. & 2. littera B. C. E. tom.4.
Hilarius in matrimonio quaſi monachi vitã geſſit. In ipſius feſto, die 14. Ian. lect.4. ex Fortun. Piſto.
Complexus carnalis propter ſolos gignendos filios adhibendus eſt. Ibid. lect.8.
Relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna. Fer.3. Dñicæ in Septuag. lectio.3. Geneſ. cap.2.
Myſterium hoc magnũ eſſe. 5. die inf.octa. Nati. Mar. lect.6. ex lib. S. Epipha. contra Antidicomarianitas.

ſtianitas, hær. 78. longe poſt med.

Num vir poſſit & odiſſe vxorem ex præcepto Domini? In verb. Pater. verſ. parentes quomodo.

Mulieres ſubditæ debent eſſe viris, vt oportet in Domino, & viri debent diligere vxores ſuas, & nõ eſſe amari ad illas. Fer. 4. Dominicę 4. poſt Epiph. lect. 2. Paul. ad Coloſſ. cap. 3.

Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit, quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt à lege, cui vult, nubat tantum in Domino. In Com. Virg. lect. 3. 1. ad Corinth. cap. 3. lege 1. & 2.

Euariſtus Papa inſtituit vt matrimonium publice celebretur, & ſacerdotis benedictio adhiberetur, & cur? In eius feſto, die 26. Octob. lect. 1. ex Damaſi & Euariſti decret. 1. Vide & in verb. Nuptiæ.

Matvtinvm. In matutinis, ait Propheta, meditabar in te, quia fuiſti adiutor meus. Pſal. 62. Deus Deus meus. Dominica ad Laud.

Ante matutinum ſurgebat Iudas Machabæus & ſocij ad benedicendũ Deo de collatis beneficijs, benedicentes in cœlum eum qui proſperauit eis. Fer. 2. Dominicæ 2. Octob. lect. 1. Machab. 1. cap. 2.

M E

Medicina. Terrena etiam hęc medicamenta ęgrotantibus ſunt neceſſaria: nam cum Ezechias ægrotaſſet vſq; ad mortem, & dixiſſet Dominus ſe eum ſanaſſe: Iſaias tamen ficuum maſſam poſuit ſuper eius vlcus, & curatus eſt, Dominica 11. poſt Pent. lectio. 1. 2. & 3. 4. Reg. cap. 10.

SS. Coſmas & Damianus & ſi inſanabilibus morbis magis virtute Chriſti mederentur, medicinæ tamen ſcientia in illis curandis vtebantur. In ipſorũ feſto, die 27. Septemb. lect. 4.

Membrvm. Vide Corpus, Caro, &, Mortificatio.

Memoria. Renuit conſolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus ſum & exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus. Voce mea. 76. Fer. 5. ad Matu.

Qui memor eſt Dei in toto corde ſuo dat illi gratiam in conſpectu inimicorum eius. Dominica 3. Septemb. lect. 3. Tob. cap. 1.

Per memoriam conuerſatio noſtra in cœlis debet eſſe, dum in hoc mundo ſumus. 5. die infra octa. omn. ſanct. lect. 6. Bernard. ſerm. 2. de feſto omn. ſanct. in init. Vide & ſupra in verb. Conuerſatio, &, Peccatum. verſ. cum nos peccandi.

Mendacium. Perdet Deus omnes qui loquũtur mendacium. Pſal. 5. Verba mea. Fer. 2. ad Matut.

Inuentor mendacij diabolus: dixit enim ad mulierem; Nequaquã moriemini. Fer. 4. Dominicæ Septuage. lect. 1. Geneſ. 3.

Omnis homo mendax, Deus autem verax eſt. In feſto Circunc. lect. 1. Paul. ad Rom. cap. 3. Vide in verb. Homo. verſ. vani filij. cum ſequent.

Commendat eccleſia innocentes quòd in ore ipſorum non ſit inuentum mendacium. In feſto Innoc. die 28. Decemb. cap. ad Non. Apocaly. cap. 14.

Iacob dum interrogaretur à patre quis eſſet, dixit ſe eſſe Eſau, & mentitus eſt patri. Dominica 2. in Quadrag. lect. 2. Geneſ. cap. 27.

Sed ſi diligenter attendamus & fideliter, non eſt mendacium, ſed myſterium, & quod fuerit myſterium. Ibid. lectio. 4. 5. & 6. ex lib. S. Augu. contra mendac. littera k. L. M. tom. 4.

Petrus Ananiam mendacij coarguit quòd mentitus eſſet, non hominibus, ſed ſpiritui ſancto, vnà cũ vxore quæ etiã mentita eſt, & expirarũt. Fer. 5. Dñicæ 1. poſt Paſc. lect. 1. & 2 de Actib. Apoſt. c. 5.

Nolite mentiri inuicem. Dominica in Alb. lect. 2. Paul.

2. Paul. ad Coloſſ. cap. 3.

Foris à ciuitate Dei ſunt qui amant & faciunt mẽdacium. Sab. Dominicæ 3. poſt Paſcha, lectio. 3. Apocaly. cap. 22. & in Dedicat. Baſil. SS. Apoſt., lect. 3. Apocaly. cap. 21. die 18. Nouemb.

Os quod mentitur, occidit animam, Dominica 3. Aug. lect. 3. Sap. cap. 1.

Qui mendacijs nititur, paſcit ventos, & ſequitur aues volantes. Fer. 5. Dominicæ 1. Augu. lectio. 1. Parab. Salom. cap. 10.

Aduerſus animam tuam non accipias mẽdacium. Sab. Dñicæ 4. Aug. lect. 1. Eccleſiaſti. cap. 4.

De mendacio ineruditionis tuæ cõfundere. lect. 2.

Noli amare mendacium aduerſus fratrem tuum, neque in amicum ſimiliter facias. Fer. 2. Dominicæ 5. Aug. lect. 3. Eccleſiaſti. cap. 7.

Noli velle mentiri omne mendacium: aſſiduitas enim illius non eſt bona. Ibid.

Confitebor tibi Domine, quoniam liberaſti me à verbo mendacij. In feſto S. Lauren. Eccleſi. ca. 51.

Dum ſupereſt in me halitus, dicebat Iob, & ſpiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. Fer. 2. Dñicæ 2. Septemb. lect. 1. Iob ca. 27. Vide & in verb. Peccatum, verſ. quæ peccata, & in verb. Veritas. & ibid. verſ. apud Dominum.

MENDICVS. Dei ſumus mendici omnes nos, dũ oramus; Panem petit mendicus, & nos petimus à Deo Chriſtum qui dixit; Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi. Vnde mendicis beneficia ſunt tribuenda. In feſto Trinit. lect. 9. Augu. de verb. Dñi in monte. ſerm. 15. littera A. B. tom. 10.

MENS. Mentis acies quomodo obtundatur. Dominica 1. Aduent. lect. 5. Leo ſerm. 8. de Ieiun. 10. menſ.

menſ. & eleem. Vide & in verb. Anima. verſ. qūo.

Mentis oculi quo dirigi debent. Dominica 4. Aug. lect. 4. 5. & 6. Greg. ex lib. Moral. lib. 1. ca. 16. in cap. 1. Iob. Vide & in verb. Manus, verſ. ſic mens.

Nuda mentiū, & aperta ſunt oīa Dei filio. Vide in verb. Cogitatio. verſ. cogitationes cordis. cū trib. ſeq. Homo. verſ. de cęlo. &, Virtus. verſ. cognitione.

Qui mente integra Deum deſiderat, profecto iam habet quem amat. In Dominica Penthe. lectio. 1. Grego. hom. 30. littera B. tom. 2.

Domus mentis qūo Dn̄o præparanda eſt. lect. 3.

Melior eſt refectio mentis, quàm ventris. In feſto Aſſumpt. Mar. die 15. Aug. lect. 9. Augu. de verb. Domini, ſerm. 27. littera M. A. tom. 10.

Quomodo cibanda ſit mens. In verb. Verbū. verſ. verbū Dei. &, Oratio. verſ. quo frequentius.

Electorū mentes conſpiciendo tranſitoria eſſe nulla, ad quæ ſunt conditæ exquirunt. Dn̄ica 4. Augu. lect. 5. Greg. lib. 1. Moral. cap. 26. in cap. 1. Iob.

Rogemus ergo Dominum, Ne mens grauata crimine Vitæ ſit exul munere, Dum nil perenne cogitat Seſeque culpis illigat. Hymn. Dn̄icæ ad Veſper.

Ipſe mentem gubernet & regat Caſto fideli corpore. Hymn. fer. 2. ad Laud.

Mentis peruſtę vulnera, Mundet nitore gratiæ, Vt facta fletu diluat, Motuſque prauos atterat. Hymn. fer. 4. ad Veſperas.

Sollicitę ergo Dn̄m precemur vt mentes noſtras illuſtret, vt videre poſſimus quæ agenda ſunt, & quæ recta ſunt, agere valeamus. Oratio fer. 4. quatuor temporum in Quadrag. ad Veſper.

Exaudiens nos miſericors Deus mentibus noſtris gratiæ ſuæ lumen oſtendat. Oratio fer. 6. quatuor temporum Quadrag. ad Veſper.

EXEM-

EXEMPLA.

IN Iſaac ſinceræ mentis puritatem didicimus. Dominica 3. in Quadrag. lect. 4. ex lib. S. Ambroſ. epiſcopi de S. Ioſeph. littera D. E. tom. 4.

Mensa. De menſę benedictione & gratiarum actione. In fine Breuia. Titu. Menſæ benedictio.

Merces. Quieſcat vox tua à ploratu & oculi tui à lachrymis, quia eſt merces operi tuo, ait Dominus. In feſto Innoc. lect. 1. Iſai. cap. 31.

Qui in hoc mundo mercedem bonorũ operũ quęrit, amittit in futuro. Fer. 4. Cin. lectio. 1. de ſerm. Dñi in mon. littera L. M. tom. 4. Vide in verb. Fauor, Gloria, Laus, &, Opera. verſ. de bonis operibus. cum ſequent.

Merces redditur operarijs in vinea laborantibus. Fer. 6. Dominicæ 2. in Quadrag. lect. 2. Augu. in Ioan. tract. 17. littera A. B. C. D. E. F. tom. 9. Vide & in verb. Virtus.

Merces operariorũ clamat quæ fraudata eſt, & clamor eorum introiuit in aures Dñi Sabbaoth. Sab. Dñicæ 4. poſt Paſch. lect. 1. Iacob. epiſt. cano. ca. 5. Vide & in verb. Miniſter. verſ. quid ſit.

De maledictis, perſecutionibus & detractionibus magna merces eſt in cœlis. In octa. om. ſanct. lect. 8. Aug. de ſerm. Dñi in mon. lib. 1. lra C. D. to. 4. In verb. Perſecutio, in Exempl. verſ. beati eritis.

Ecce merces ſanctorum copioſa eſt apud Deum. Antiph. in Pſal. Deus noſter refugium. in 3. Noct. plurim. marty.

Reddet Deus mercedē laborũ ſctõrũ. cap. ad Sext.

Merces operariorum qui meſſuerunt regiones diuitum, quæ fraudata eſt ab illis, clamat & clamor eorũ in aures Dñi Sabbaoth introiuit. Sab. Dñicę 4

poſt Paſcha, lect. 1. epiſt. cano. Iacob. cap. 1. Vide & in verb. Retributio, Labor, &, Opera. & ibid. uerſ. bona opera fidelibus. &, Præmium.

Et tanquam angeli à rege miſſi, viſi ſunt Chriſti militibus coronas diſtribuere. In feſto quadragin. mart. die 9. Martij, lectio. 5.

Pie canamus Domino, Tu cum repente cœperis Clarere nube iudicis, Pœnas repellas debitas, Reddas coronas perditas. Hym. ad Laud. In feſt. Aſcẽ

EXEMPLA.

D. Thomas Aquinas cum à Domino interrogaretur, quam mercedem vellet, quòd de eó bene ſcripſiſſet dixit; non aliam Domine, niſi te ipſum. In eius feſt. die 7. Mar. lect. 5. ex vita per Ioa. Garz.

De vberiore mercede. Vide in verbo, Zaccheus, verſ. diues.

MERITA. Non omnes paria habent merita, & cur? Ibid. in octa. Epiph. lect. 9. Aug. in Ioa. tract. 6. littera E. F. tom. 9.

Nam Chriſtus iuſtorum, iniquorumque merita diſcernit, & pro noſtrorum qualitate factorum iudex verus & iuſtus, aut ſupplicia decernit, aut præmia. Dominica infra octa. Natiu. lect. 7. Ambro. lib. 2. Com. in Luc. littera L. M. tom. 4. Idem repetitur in feſto Purific. Virg. die 2. Februa. lect. 9.

Paulus merita ſua bona cõmemorat, vt poſt bona merita conſequatur coronam; qui poſt multa mala merita conſecutus eſt gratiam. In feſto Com. Paul. lect. 4. die 30. Iun. ex lib. S. Aug. de gratia & lib. arb. cap. 6. & 7. littera D. E. F. G. tom. 7. Vide & in verb. Mors, verſ. Ezechias. in Exempl.

Quòd merita ſint dona Dei. lect. 5. & 6. Idẽ ibid.

Meritis atque operibus ſingulorũ præmia promiſſa reſtituet Dominus. 3. die infra octa. omn. ſanct. lect. 5. Angu. ſerm. 37. & 1. de feſtiui. omn. ſanct. littera E. F. tom. 10. & 4. die lect. 4. lege 5. Idem ſerm. eod. littera F. G. Vide & in verb. Reſurrectio. verſ. omnes quidem reſurgemus.

Et virtute meritorum (canit Eccleſia) illuc introducitur Omnis qui ob Chriſti nomen Hic in mundo premitur. Hym. Vrbs beata. in Dedic. ad Veſp.

Sed de noſtris quaſi de proprijs meritis non præſumendum. Dominica infra octa. Aſcenſ. lect. 5. Aug. ſerm. 175. in ordi. de temp. & 2. de die Aſcenſ. lra I. k. tom. 9. Vide & in verb. Præmiũ, Opera, Merces, &, Sancti. verſ. ſanctorum merita.

Meretrix. Qui adhæret meretici, vnum corpus cum ea efficitur, & membra Chriſti, quæ ſunt corpora noſtra, facit membra meretricis. Fer. 4. Dominicæ 1. poſt Epiph. lect. 3. 1. ad Corinth. cap. 6.

Fallacijs eius non eſt attendendum, & cur. Fer. 3. Dominicæ 1. Aug. lect. 1. & 2. Parab. Salom. cap. 5. Vide & in verb. Fornicatio, &, Mulier.

M I

Militia. Vide in verb. Arma, &, Vita, verſic. militia eſt vita hominis.

Minister. Qui bene miniſtrauerint, gradũ bonum ſibi acquirent, & multam fiduciã in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Fer. 2. Dominicę 5. poſt Epiph. lectio. 2. 1. ad Timoth. cap. 3.

Ne eorum miniſterium vituperetur; quales eſſe debent. Dñica 1. Quadrag. lect. 1. 2. ad Corint. ca. 6.

Quales eſſe debent, & quæ pati. In Com. Apoſt. lectio. 1. 2. & 3. 1. ad Corinth. cap. 4.

Quid nos Petrus curam omnem ſubinferentes in fide miniſtrare nos docuit. Fer. 6. infra octa. Aſcenſ.

lect.2. Petri 2. cap.1.
Quid ſit miniſtrare Chriſto cui operi magna merces proponitur. Die 2. infra octa. S. Lauren. lect.7. & 8. Aug. in Ioan. tract.51. littera H. tom.9.
Illi miniſtrant Chriſto, qui non ſua quærunt, ſed quę Ieſu Chriſti. Ibid. lectio.8. in verb. Voluntas. verſ. benedicite. & in verb. Sequi Chriſtum. verſ. qui Chriſtum. &, Eleemoſyna. verſ. eleemoſynas.
Miniſter Chriſti vſque ad quod opus debet eſſe. Die 3. infra eand. octa. lect.7. Idem in Ioan. ibid. littera K.
Non tantummodo boni epiſcopi & clerici Chriſti miniſtri intelliguntur, ſed vnuſquiſque pro modulo ſuo, & quomodo. Ibidem.
Quo honore à Deo honorabitur Chriſti miniſter. ead. lectio.8.
In adminiſtratione diligentia eſt ſeruanda. 4. die infra octa. omn. ſanct. lect.6. Aug. ſer.37. de ſanct. & 1. de feſtiui. omn. ſanct. littera F. G. tom.10.
MIRACVLVM. Domini & Saluatoris noſtri miracula quomodo accipienda ſint. Dñica in Quinqua. lect.8. Greg. hom.2. littera F. G. tom.2.
Per virtutum miracula ſermo eius apud audientes firmabatur. Dominica 3. poſt Epiph. lect.8. Hiero. in Matth. cap.8. littera D. tom.9.
Quod carnaliter factum eſt à Dño, cum eieciſſet dæmonium, & locutus eſt mutus quotidie impleatur in conuerſione credentium. Dñica 3. Quadrag. lect.7. Bæda in Euang. Luc. lib.4. ſuper cap.11. ca. 48. num.30. 40. 50. 60. tom.5.
Miracula quæ fecit Dominus ſunt quidem diuina opera, & ad intelligendũ Deum de viſibilibus admonent humanam mentem. Dñica 4. in Quadrag. lect.7. Aug. in Ioan. tract.24. littera B. C. D. to.9.

Cum maius ſit miraculum gubernatio totius mundi, cur nemo miratur? Lege 8.

Cur illa ſenſibus admouerentur. lect.9. Lege & in fer.4. eiuſd. Dñicæ, lect.12. & 3. Augu. in Ioan. tract.48. lrã H. I. k. to.9. Dñicę 3. poſt Paſc. lect. 6. ſerm.147. in ordi. & 4. in die, lrã.C.D.E. to.10.

Quid nobis illa loquantur, de Chriſto conſiderandum eſt: habent enim ſi intelligantur, linguã ſuam. Ibidem. lectio.9.

Miracula enim quę IESVS Chriſtus faciebat corporaliter, etiam ſpiritualiter volebat intelligi, & cur? Dñica 15. poſt Pent. lect.8.& 9. Idem de verb. Domini, ſerm.44. littera F. G. tom.10.

Cur fideles & ſacerdotes corporaliter ea nõ faciũt miracula & ſigna, quę apoſtoli faciebant, cũ Chriſtus dixerit, maiora his facietis? Sab. infra octa. Aſcenſ. lect.7.8. & 9. Greg. hom.29. littera D.E. to. 2. Lege lect.4. in octa. Aſcenſ. Aug. ſerm.176. in ordi. de temp. & 3. de die, littera M. A. tom.10.

MISERICORDIA ET MISERATIO. Melior eſt miſericordia Domini ſuper vitas. Pſal.62. Deus Deus meus. Dominica ad Laud.

Confitemini Domino quoniam in ſæculum miſericordia eius. Pſal.117. Cõfitemini. Dominica ad Prim. Vide in verb. Via. verſ. vniuerſæ.

Miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ, vt inhabitem in domo Dñi in longitudinẽ dierũ. Dñs regit me.22. In Feri. Offi. ad Prim.

Miſericordia Domini plena eſt terra. Exultate.32. Fer.2. ad Matutinum.

Homines & iumenta ſaluabis Dñe quemadmodũ multiplicaſti miſericordiã tuã Deus. Dixit iniuſtus. 35. Fer. ead. ad Matut. Lege in Sab. Dñicæ 4. in Quadr. lect.3. Aug. in Ioa. tract.34. lrã C. D. to.9.

Deus repuliſti nos & deſtruxiſti nos, iratus es & miſertus es nobis. Deus repuliſti nos. 59. Fer.4. ad Matutinum.

Numquid in æternum proijciet Deus, aut non apponet, vt complacitior ſit adhuc? Voce mea. 76. Fer.5. ad Matutinum.

Aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet à generatione in generationem? Ibid.

Aut obliuiſcetur miſereri Deus? aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? Ibid.

Quàm miſericors fuerit, & propitius peccatis Iudæorũ, vt nõ diſperderet eos & abundauerit, vt auerteret irã ſuã, recordatus quia caro ſunt ſpiritus vadens & nõ rediens. Attendite. 77. Fer. ead. ad Mat.

Suauis eſt Dominus, mitis & multum miſericors inuocantibus eum. Inclina. 85. Fer.6. ad Matu.

Miſerere mei Domine, ait idem, quoniam ad te clamaui tota die, lætifica animam ſerui tui, quoniam ad te Domine leuaui animam meam. Ibid.

Miſericordias Domini, dicit Propheta, in æternũ cantabo ob multa beneficia ab eo præſtita. Miſericordias. 88. Fer. ead. ad Matut.

Licet in virga dicat Deus ſe viſitaturum iniquitates noſtras, ſi mandatis eius non obedierimus, miſericordiam autẽ ſuam non diſperget à nobis. Ibid.

Si dicebam motus eſt pes meus, miſericordia tua Dñe adiuuabit me. Deus vltionum. 93. Fer. ead.

Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Domine audiui. Fer. ead. ad Laud. Habacuc. cap. 3.

Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine, ait Propheta. Miſericordiã. 100. Sab. ad Matut.

Miſerator & miſericors Dominus, longanimis & multum miſericors non in perpetuo iraſcetur, neq; in æternum comminabitur. Benedic. 108. Sab. ad Matut.

Matut. In verb. Peccatũ. verſ. nõ ſecundũ peccata. Timor. verſ. ſecundum altitudinem . cum ſequent.

Miſericordia Dei multiplex facta populo Iſraeliti co. Confitemini Domino. 135. Fer.5. ad Veſpe.

Miſericordia Dei cauſa eſt noſtræ reparationis, Dominica 4. Aduent. lect.5. Leo ſerm.1. de ieiun. 10. menſ. & coll. in princ.

Miſericors Deus ſemper mȩſtis rebus quædã etiã iucunda permiſcuit. In octa. SS. Innoc. lect.7. Ioa. Chry. in Matth. hom.8. littera A. tom.2.

Miſerebor , dicit Dominus , cui miſertus ſum , & miſericordiam præſtabo cui miſerebor: igitur non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. 1. die infra octa. Epipha. lect.3. Paul. ad Rom. cap.9. Lege & in verb. Gratia. & Titu. Gratiarũ actio. in Exempl. verſ. gratias Deo.

Salus æterna non poteſt attingi niſi ex largitate diuinæ miſericordiæ non ex operibus iuſtitiȩ, quæ fecimus nos. Fer.6. Dominicæ 5. poſt Epiph. lect.2. Paul. ad Tit. cap.3. Vide & in verb. Opera . verſ. omne opus noſtrum. verſ. per ſe met ipſum, &, bona opera fidelibus.

A quibus miſericordiæ cœleſtis auxilium fruſtra expectatur. In verb. Inuidia. verſ. fruſtra.

Vt peccator Dei mirericordiam conſequatur quid aget . Lege cap. ad Sext. Fer.2. Dñicȩ 1. in Quadr. Iſai. cap.55. In verb. Oratio. verſ. ſi grauium. cum duob. ſequentib.

Miſericordias Domini humana infirmitas explicare non valet. Dominica Palm. lect.3. Leo ſerm.11. de Paſſ. Domini.

Miſericordiæ Domini quia non ſumus conſumpti, quia non defeçerunt miſerationes eius . Sab. San. 1. verſ. Lament. 1. Hierem. Proph. cap.3. In verb.

Patientia. verſ. expectat Dominus.
Dei opus eſt miſericordia. In feſto Annuncia. die 25. Mar. lect. 4. Leo ſer. 2. in Nati. Dñi. circa prin.
Proprium Domini eſt miſereri & parcere. Oratio 1. in Pſal. Pœnitential.
Gratia Dei & miſericordia in ſãctis ei⁹, & reſpect⁹ ſuper electos illi⁹. Fer. 2. Dñicę 3. Aug. lect. 2. Sap. 4.
De Dei miſericordia non eſt præſumendũ in peccatis perſeuerando, & cur? Dñica 5. Aug. lectio. 2. Eccleſiaſt. cap. 5. In verb. Peccatũ. verſ. ſi propter.
Metuentes Dñm ſuſtinete miſericordiã eius. Fer. 3. Dñicę 4. Aug. lect. 3. Eccleſiaſti. cap. 2.
Veniant mihi, dicit Propheta, miſerationes tuæ, & viuam. Pſal. Bonitatem. Dominica ad Tert.
Tu autẽ Dñe ne longe facias miſerationes tuas à me, miſericordia tua & veritas tua ſemper ſuſcepẽrunt me. Pſal. 39. Expectans. Fer. 3. ad Matut.
Miſerator & miſericors Dominus patiens & multum miſericors.
Suauis Dñus vniuerſis & miſerationes eius ſuper oĩa opera eius. Exaltabo te Deus. 144. Sab. ad Veſp.
Miſerere mei Deus, clamat idem, ſecundum magnã miſericordiã tuã, & ſecundum multitudinẽ miſerationum tuarũ dele iniquitatem meam. Miſerere. 50. Fer. 2. ad Laud.
Ne memineris, dicamus cum Propheta, iniquitatum noſtrarum, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. Deus venerunt. 78. Fer. 5. ad Matut.
Et tu Domine Domine fac mecum propter nomẽ tuum, quia ſuauis eſt miſericordia tua. Deus laudẽ meam. 108. Fer. 6. ad Matut.
Adiuua me Domine Deus meus, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Ibid.

Tribularer, clamemus cum eccleſia, ſi neſcirē mi ſericordias tuas Domine, tu dixiſti nolo mortē peccatoris, ſed vt magis cōuertatur & viuat, quia Chananæam & Publicanum vocaſti ad pœnitentiam. Reſp. lect. 1. fer. 5. Dñicæ 1. in Quadrage. Lege in verb. Peccatū. verſ. tu autem Deus noſter. &, Gratia. verſ. adeamus.

Flagitemus & nos à Dño dicētes; Deus qui omnipotentiā tuam parcendo maxime & miſerando manifeſtas, multiplica ſuper nos miſericordiam tuam, vt ad tua promiſſa currentes cœleſtium bonorū facias eſſe conſortes. Oratio Dñicæ 10. poſt Pent.

Effunde ſuper nos miſericordiā tuam Domine, vt dimittas quæ cōſcientia metuit, & adijcias quod oratio non præſumit. Oratio Dñicæ 11. poſt Penth.

Deus cuius proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationē noſtrā vt nos & omnes famulos tuos, quos delictorū catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Oratio 2. 15. Pſalmorum Gradua. in fine Breuiarij.

DE MVTVA INTER HOMINES MISERICORDIA.

Miſericordiam & veritatem diligit Deus. Pſal. 83. Quàm dilecta. Fer. 6. ad Matut.

Diſpereat de terra, ait Propheta, memoria eorum, pro eo quòd non eſt recordatus facere miſericordiā. Deus laudem meam. 108. Sab. ad Matut.

Iucundus homo qui miſeretur & cōmodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio, quia in æternum non cōmouebitur. Beatus vir. 111. Dñica ad Veſp.

Hortabatur Paulus Coloſſenſes vt induerentur viſcera miſericordiæ & benignitatis. Fer. 4. Dominicæ 4. poſt Epiph. lect. 1. ad Coloſſ. cap. 3.

Quis

Quis ſit benign⁹. In verb. Dilectio. ver. cur ſic ſępe.
Iudicium ſine miſericordia illi erit, qui non facit miſericordiã: ſuperexaltat autẽ miſericordia iudiciũ Fer. 3. Dñicæ 4. poſt Paſch. epiſt. can. B. Iacob. c. 2.
Beati miſericordes, quoniam ipſorum miſerebitur Deus: Beatos eſſe dicit Dominus qui ſubueniũt miſeris, quòd eis ita rependitur vt à miſeria liberétur. 1. die infra octa. omn. ſanct. lect. 9. Augu. de ſerm. Domini in monte. lib. 1. littera F. G. tom. 4. lege & in 5. die lect. 8. Idem ibid. littera M. A. In verbo, Patrimonium. verſ. miſericordes.
Miſericordiam volo, dicit Dominus, non ſacrificium, non veni vocare iuſtos, ſed peccatores. In feſto S. Matth. die 21. Septemp. lect. 9. Hierony. in Matth. lib. 1. littera G. H. B. tom. 9. cap. 9.
Viri miſericordiæ eſſe ſemper dicũtur & nõ mori, quorũ pietates non defuerunt. In Com. Conf. Pont. in alijs lect. lect 3. Eccleſiaſt. cap. 44. In verb. Mãſuetudo. verſ. cũ manſuetus, & in verb. Villicatio.
Miſericordiæ opera. Qui opera miſericordiæ non fecerunt, in ignem æternum ibunt. Fer. 2. Dñicæ 1. in Quadrag. lect. 2. lege 1. & 3. Augu. de fide & operib. cap. 15. littera k. L. tom. 4.
Miſericordiam pertimeſcit Satanas. In feſto San. Antonij, die 17. Ianua. lect. 6. ex Athanaſ.
Quibus temporibus potiſſimum ab eccleſia ut miſericordiæ operibus ſtudeamus, hortamur. Dñica 3. Aduent. lect. 5. Leo ſerm. 2. de ieiun. 10. menſ. & collect. eius. Vide & in verb. Opera. verſ. miſericordiæ opera. & in verb. Pauper.

EXEMPLA.

CHriſtus docuit nos miſericordiã. In Com. mart. temp. Paſc. lect. 3. Ambr. ſer. 74. lrã D. E. to. 3.

Eſtote

Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Dominica Trinit. in 2. Euang. Luc. 6.

Iob dicebat; Ab infantia mea mecũ creuit miſeratio. Fer. 4. Dominicæ 2. Septemb. lect. 3. Iob. c. 31.

Dauid in ſua miſericordia cõſecutus eſt ſedem regni in ſæcula. Fer. 5. Dominicæ 1. Octob. lectio. 2. Machab. cap. 2.

Missa. Alexander Romanus Pontifex inſtituit vt tantummodo panis & vinum in myſterio offerretur, vinum autem aqua miſceri iuſſit propter ſanguinẽ & aquã quæ ex Iesv Chriſti latere profluxerunt. In feſto Inuent. S. Cruc. die 3. Maij, lect. 9. ex Geſt.

Idẽ in canone addidit; Qui pridie q̃ pateretur. Ibi.

Anacletus Pontifex & martyr, vt in Miſſa peracta conſecratione omnes cõmunicarent. In ipſius feſto die 13. Iul. lect. 4. ex Põt. decre. Annac. & aliũde.

Damaſus Papa inſtituit, vt confeſſio eſſet exordiũ Miſſæ. Die 11. Decẽb. lect. 6. ex Ponti. & aliunde.

Gregorius Mag. Rom. vt in Miſſa nouies Kyrie eleiſon repetiretur. Die 12. Mart. lect. 6. ex Ioa. diac.

Leo primus, vt in actione myſterij diceretur; Sanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam. Die 11. Aprilis, lect. 6. ex Pontif. & vita.

Leo ſecundus, vt in Miſſę ſacrificio pacis oſculum daretur. Die 28. Iunij, lect. 4. ex Pontif.

Pius Aquileienſis Ponti. pœnam ſtatuit in ſacerdotem, cuius negligentia de ſanguine Domini aliquid ſtillauerit, & quæ ſit hæc pœna. In eius feſto die 11. Iulij, lect. 3. de conſecra. diſt. 2.

Marcus Romanus Pontifex, vt in Miſſa diebus ſolemnibus Symbolũ in Miſſa clara voce caneretur. Die 7. Octob. lect. 3. ex Damaſo.

Zeferinus Pont. inſtituit, vt epiſcopo rem ſacram facienti, ſacerdotes omnes aſtarent. Die 26. Augu. lect.

lect.3. ex Pontif. & decreis.

Mitis. Docebit Dñs mites vias ſuas. Pſ.24. Ad te Dñe leuaui animã meã. In Feri. Offi. ad Prim.

Mites beati dicuntur, quoniam ipſi hæreditabunt terram, & quæ ſit iſta terra. 1. die infra octa. omn. ſanct. lectio.7. Augu. de ſerm. Domini in monte. lib.1. littera F.G. tom.4. lege & die 6. lectio.7. ex Aug. Ibid. littera A. B.

Mites autem ſunt qui cedunt improbitatibus, & non reſiſtunt malo, ſed vincunt in bono malũ. Ibi.

His congruit pietas, & quomodo. 5. die lectio.7. Idẽ de ſerm. Dñi in mon. lib.1. lĩa M.A. to.4. Vide in verb. Humilis. in Exempl. verſ. diſcite.

M O

Modestia. Monet Paulus Philippenſes, vt modeſtia eorũ nota ſit omnibus hominibus. cap. ad Veſp. Dñicæ 3. Aduent. ad Philip. cap.4.

Monebat idem Coloſſ. vt inter alias virtutes etiã modeſtiam inducerentur. Fer.4. Dñicæ 4. poſt Epipha. lect.1. ad Coloſſ. cap.3. lege & in fer.6. Dñicæ 5. poſt Epipha. lect.1. ad Tit. cap.3. Vide & in verb. Humilitas. verſ. in humilitate. & in verbo, Manſuetudo. verſ. cum manſuetus.

Antonius nobilibus parentibus natus vendita re familiari pecuniam omnem pauperibus diſtribuit quibus ſolutus impedimentis cœleſtem vitam colere inſtituit cum eccleſiam ingreſſus audiuiſſet illud ex euangelio; Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, tanquam ea ſibi dicta eſſent exiſtimando. In eius feſto, die 17. Ianua, lectio. 4. ex Athanaſ.

Auguſtinus epiſcopus ea erat in pauperes benignitate, vt cum nō eſſet alia facultas ſacra vaſa frangeret ad eorum inopiam ſuſtentandam. In ipſius feſto, die 28. Aug. ex Poſſid. Calam. epiſcopo.

Bernardus paupertatem Chriſtianam colebat, & quaſi cœleſtem vitam agebat ab omni caducarum rerum cura & cupiditate alienam. In ipſius feſt. die 20. Aug. lectio. 4. ex vita.

Cæcilia facultates Tiburtij & Valeriani reſpōdit Almachio pauperibus diſtributas. In ipſius feſto, die 22. Nouemb. lect.6. ex Geſtis. Vide & in verb. Pietas. in Exempl. verſ. Bernardus.

Cyprianus Afer Chriſtianus factus omnem ſubſtā tiam ſuam pauperibus erogauit. Die 16. Sept͠eb. lect.6. ex lib. S. Hiero. de Script. eccle. lſa D. to. 1.

Dominicus paupertatē fratribus teſtamento reliquit, die 4. Aug. lect. 5. ex vita quā ſcripſit Ioa. Garz.

Ægidius Athenienſis regiæ ſtirpis adeo charitatis operibus deditus erat, vt parentibus mortuis totum patrimonium in pauperes erogaret, qui etiam tunicam exuit vt ægrotum egentem tegeret, qua ille indutus ſtatim conualuit. In eius feſto, die 1. Sept͠eb. lectio. 3. ex eius Geſtis.

Fabia-

Fabianus Papa Romanus ſeptem diaconis regiones diuiſit qui pauperũ curam haberent. In feſt.SS. Fab. & Sebaſt. die 20.Ian.lect.4. ex Dama.& alijs.

Franciſcus cum quendam pauperem pro Chriſti amore flagitantem pecuniam præter conſuetudinẽ repuliſſet, repente eo facto commotus large ei miſericordiam impartiuit, & ex eo die Deo promiſit ſe nemini vnquam poſcenti eleemoſynam negaturum, & ex morbo in quem inciderat conualeſcens cœpit ardẽtius colere officia charitatis qua in exercitatione tantum profecit vt euangelicæ perfectionis cupidus quicquid haberet, pauperibus largiretur, & bonis paternis cedens etiam relictis veſtibus illud ſubiunxit, ſibi maiorem in poſterum facultatem fore dicendi; Pater noſter qui es in cœlis. In eius feſto, die 4. Octob. lect.4. ex Bonauent.

Geruaſius & Prothaſius patrimonio pauperibus diſtributo, pro Chriſti fide martyrium ſubierũt. Die 19. Iunij, lect.4. ex Ambro. de Inuen. ipſorum.

Gregorius Pontifex pauperes & vrbanos & externos, quorum memoriam deſcriptam habebat, benigne ſuſtentabat. Die 12. Martij, lect.5. ex Ioan. diaco. potiſſi.

Hilarion mortuis parentibus facultatem pauperibus eſt elargitus. Die 21. Octob. lect.2. Hiero. in vita Hilar. tom.1. littera D. B.

Ioannes & Paulus fratres Romani facultatibus ſibi relictis Chriſti pauperes alebant, & infra decem dies ad deliberandum præfinitos an vellent Ioui ſacrificare aut mori, illa reliqua ſua bona pauperib. diſtribuerunt, quò expeditiores ad Dominũ migrare poſſent, & plures iuuarent, à quibus in æterna tabernacula reciperentur. Die 26. Iunij, lect.4.5.& 6. ex Geſt. per Terentia.

Laurentius in pauperum victu atq; veſtitu inamiſſibiles dicebat ſe facultates Eccleſiæ condidiſſe quę tanto integrius erant ſaluæ, quanto ſanctius probarentur expenſæ. Die 10. Aug. lect. 4. Leo ſerm. in Natiu. S. Laurent. ante medi.

Pauperes theſauros eſſe Eccleſiæ aperte aſſeruit. 3. die infra eand. octa. lect. 5. ex lib. Offic. S. Ambro. lib. 1. c. 4. lrā M. & lib. 2. c. 28. lrā H. I. to. 1.

Leo ſecundus pater pauperum vere dicebatur, nō enim pecunia ſolum, ſed opera, labore & conſilijs egentium, viduarum & pupillorum inopiam ac ſolicitudinē ſubleuabat. Die 28. Iun. lect. 6. ex Pont.

De Ludouico rege. Lege in verb. Pietas. verſ. Ludouicus. in Exemplis.

Martinus epiſcopus pauperi nudo ab eo eleemoſynam petenti adhuc cathecumenus ei partem clamidis dedit cum nihil præter arma & illam haberet, & Chriſtus ei apparuit illa veſte conteſtus. Die 11. Nouemb. lect. 4. ex Seuero.

Moriēs Abrahæ ſinu lætus excipitur Martinus hic pauper & modicus cœlum diues ingreditur, hymnis cœleſtibus decoratur. Reſp. lect. 8. in eius feſto.

Nicolaus adoleſcens facultates ſuas pauperibus diſtribuit. Die 6. Decemb. lect. 5. ex Ioan. diaco. & Metaphraſte de eius vita.

Viduis & orphanis pecunia, conſilio & opera non defuit. lectio. 6.

Paulinus Nolæ epiſcopus omnem facultatem ne relictis quidem ſibi rebus ad vitam neceſſarijs in alendos pauperes & captiuos redimendos contulit; vnde ex opulentiſſimo diuite voluntate pauperrimus eſt effectus, ab eo cum poſceret vidua vt filiū ſibi redimeret conſumptis rebus omnibus in officio pietatis, ſe ipſum pro illo in ſeruitutem tradidit.

Die 22. Iunij, lect. 2. Aug. lib. 1. de Ciuit. Dei, c. 10. & Greg. lib. 3. dialog. cap. 2. & 3.

Syluester Pōtifex benignus perpetuo in pauperes fuit, quid pro pauperibus prouiderit. Vide in verb. Clericus. verſ. prouidit.

Tiburtius & Valerianus fratres patrimonio pauperibus diſtributo Chriſtianorum corpora ſepeliebāt, & pro Chriſti nomine in tormentis obierunt. Die 14. Aprilis, lectio. 2. & 3.

EXEMPLA MVLIERVM.

LVcia omnem pecuniam, quam ex facultatibus venditis redegit, pauperibus diſtribuit. Die 13. Decemb. lectio. 4. ex Geſtis.

Potentiana virgo pecuniam ex vendito patrimonio redactam pauperibus diſtribuit, ſeque ieiunijs & orationibus dedidit. Die 19. Maij, lectio. 3. ex Geſt. In verb. Pietas. in Exempl. verſ. Potentiana.

Praxedes virgo Romana Potentianæ virginis ſoror Chriſtianos, quos Marcus Antonius perſequebatur, facultatibus, opera, conſolatione & omni charitatis officio proſequebatur. Die 21. Iulij, lect. 3. ex Geſtis per Paſtorem. In verb. Eleemoſyna, &, Mulier. verſ. mulier laudatur. & in verb. Zaccheus.

PAX. Pax multa diligentibus nomen tuum Domine. Pſal. 118. Principes. Dominica ad Non.

Inquire pacem & ſequere eam. Benedicam. 33. Fer. 2. ad Matutinum.

Redimet in pace animā meā. 54. Fer. 4. ad Matu.

Diſſipa gentes quæ bella volunt. Exurgat. 67. Fer. ead ad Matutinum.

Audiam quid loquatur in me Dominus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. Benedixiſti. 84. Fer. 6. ad Matutinum.

Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Ibid.

Pax erit ſuper Iſrael. Qui confidunt. 124. Fer.3. ad Veſperas.

Cum his qui oderunt pacē eram pacificus. Ad Dominū cum tribularer. Fer.2. ad Veſp.

Rogate, hortatur Propheta, quæ ad pacem ſunt Hieruſalem. Lætatus ſum.121. Fer.3. ad Veſpe.

Fiat pax; rogat idem, in virtute tua. Ibid.

Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te. Ibid.

Qui poſuit pacem fines Hieruſalem: vnde canit Eccleſia; Qui pacem ponit fines Eccleſię. Vlt. Antipho. ad Veſp. in feſto Corp. Chri. Lauda Hieruſalem Dominum.147. Sab. ad Veſp.

In pace in idipſum obdormiam & requieſcā, quoniam ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. Cum inuocarem.4. ad Complet.

Pacem & veritatem diligite, ait Dominus omnipotens. cap. ad Prim. in Feri. Offic. in verb. Conuerſio. verſ. loquetur. in verb. Peccatum. verſ. nō eſt ſanitas. in verb. Timor. verſ. contritio, &, infęlicitas. & in verb. Societas. verſ. in ipſa.

Cum placuerint Domino viæ hominis inimicos quoque eius conuertet ad pacem. Sab. Dominicæ 1. Aug. lect.2. Parab. Salom. cap.16.

Pacem cum Domino non habet qui ei reſiſtit. Dominica 2. Septemb. lect.1. Iob. cap.9.

Cum dicitur, Pax vobis, & reſpondetur, Cum ſpiritu tuo, non voce ſolum, ſed animo quoque eſt reſpondendum. 6. die infra octa. Dedica. eccle. Ioa. Chryſ. in ca.10. Matth. hom.33. littera D. A. to. 2. in verb. Miſſa. verſ. Leo.

Pacifici dicuntur beati, & qui ſint. 2. die inf. octa. omn. ſanct. lect.7.8. & 9. Augu. de ſerm. Domini

in monte. lib.1. littera H. I. tom.4. lege & in verbo, Inimicus. verſ. cum ab inimicis impetimur. & verb. Perſecutio. verſ. qui mundo corde. in verbo, Oratio. in Exempl. verſ. ſacerdos.

EXEMPLA.

NAſcente Domino multitudo cęleſtis militiæ facta eſt laudantium Deum & dicentiũ; Gloria in excelſis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Verſ. lectio.1. in feſt. Nati. Dñi. Luc.c.2.

Quæ ſit hæc pax quæ datur in terra hominibus bonæ voluntatis. Lege in 2. die intra octa.omn.ſanct. hom. Aug. de ſerm. Domini in monte.lib.1. littera H. I. tom.4.

Chriſtus qui dicitur princeps pacis(lect.1. in Nati. Domini Iſai.1.) ait ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re quamcunq; petierint, fiet illis a patre meo. Antiph. ad Benedictus. fer.3. Dominicæ 3. in Quadrag. Matth.18.

Et ſi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ait idem, in medio eorum ſum. Ibid. Antiph. ad Magnificat. Matth. ibid.

Cum dicatur Deus pacis, cur dicit, Non venio pacem mittere, ſed gladium? quomodo concordant. In Com. Apoſto. in alijs lectio. lect.8. Hierony. in Matth. lib.3. cap.19. littera F. G. H. tom.9.

Et omnem ſimulationem fictæ pacis euertit cum dixit; Si non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. Dominica 21. poſt Penth. lect.9. Hiero. ibid. cap.18. littera B. C. D. In verb. Dilectio. verſ. cur ſic ſæpe.

Antequam ad mortem iret, dixit diſcipulis ſuis; Pacem relinquo vobis, pacem meã do vobis. Antiph.

ad

ad Magnific. fer.3. Pent. Ioa.14. in verb. Euangelium. verſ. quod mandatum, &, quàm ſpecioſi.

Poſt reſurrectionem ſuam ſtetit IESVS in medio diſcipulorum ſuorum, & dixit eis; Pax vobis. Euang. fer.3. Paſchæ, Luc. cap.24.

Abraham vt pacem cum fratre conſeruaret, quid egerit. Fer.2. in Quinquag. lect.2. Geneſ. cap.13.

Paulus in principio epiſtolarũ pacẽ à Deo optat eſſe illis ad quos ſcribit, vt videre licet. Dñica infra octa. Nati. ad Rom. ca.1. & ad Corinth. ad Galat. ad Epheſ. ad Philip. ad Coloſſ. ad Theſſal. ad Timoth. ad Tit. & ad Philem. hebdo. 5. poſt Epiph.

Ioan. in princ. Apocaly. epiſto. 2. fer.4. inf. octa. Aſcẽſ. lect.1. 3. can. fer.6. poſt octa. Aſcẽſ. lect.3.

Petrus ſic ſalutat eos ad quos ſcribit; Gratia vobis & pax multiplicetur. Dñica 5. poſt Paſcha, lect.1. can.1. cap.1. fer.6. Aſcenſ. lect 1. 2. Pet. cap.1.

Iudas ſcribẽs his qui erant in Deo patre; Dilectis & Chriſto IESV conſeruatis & vocatis, dicit, miſericordia vobis & pax & charitas adimpleatur. In Vigil. Pent. lect.1. Iud. cap.1.

Ionathas & gens Iudæorũ miſerunt ad Romanos epiſtolas (cum ſtatuiſſent reuocare cum eis amicitiam) & ad alia loca, vt reducerentur in terrã Iuda cum pace. Fer.3. Dñicæ 3. Octob. lect 1. Machab, 1.c.12. Lege & in verb. Litigia. & Com. de Pace.

Dicamus ergo ex corde Dño; Hoſtẽ repellas longius Pacemque dones protinus Ductore ſic te prævio Vitemus omne noxium. Hymn. in feſto Penth, ad Veſper. ex Ambro.

Pacem tuam Domine noſtris cõcede temporibus In oratione Dominicę 2. poſt Epiph.

Da Dñe plebi tuæ piæ petitionis effectum, vt quibus dediſti fidẽ largiaris & pacem. Orõ fer.2. Pent.

P E

PEccator. Peccatores in congregatione iuſtorũ nõ reſurgẽt. Pſ.1. Beatus vir. Dñica ad Mat.
Peccatorum dentes conteret Dñs. Dñe quid multiplicati ſunt.3. Ibid. ad Matut.
Peccatorum nequitia conſumetur. Domine Deus meus.7. Ibid. ad Matut. in verb. Mala. Titu- Mala in male agentes. verſ. in operibus.
Conuertantur peccatores in infernum, & omnes qui obliuiſcuntur Dominum. Ibid.
Pluet Dominus ſuper peccatores laqueos ignis,& ſulphur & ſpiritus procellarum, pars calicis eorũ. In Domino confido.10. Dominica ad Matut.
Multa flagella peccatoris, ſperantes autem in Domino miſericordia circundabit. Beati quorum.31. Fer.2. ad Matutinum.
Mors peccatorum peſſima. Benedicam Dominũ. 33. Fer. ead.
Brachia peccatorum conterentur. Noli æmulari. 36. Fer. ead. ad Matut.
Adhuc puſillum, & non erit peccator, quæretur locus eius, & non inuenietur. Ibid.
Sicut deficit fumus deficiant, ſicut fluit cæra à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei. Exurgat Deus.67. Fer.4. ad Matut.
Vſque quo peccatores Domine,clamat Propheta, vſque quo gloriabuntur peccatores, effabuntur, & loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur iniuſtitiã? Deus vltionum.36. Fer.6. ad Mat. Vide & in verb. Riſus. verſ. miſeri. in verb. Iniquitas. verſ. ſupra dorſum.
Mala perpatrarũt & dixerũt nõ videbit Deus. Ibid.
Quid eos moneat Propheta. Ibidem.
Vias peccatorum diſperdet Dominus. Lauda ani-

ma mea. 145. Sab. ad Veſp.

Peccatores humiliat Deus vſque ad terram. Laudate Dominum, quoniam bonus eſt pſalmus. 146. Ibid. ad Veſperas.

Non vult Deus mortem peccatoris, ſed magis vt cõuertatur & viuat. Antiph. 1. fer. 2. ad Prim. poſt Dñicam 1. Quadrag. In verb. Pœnitentia. & ibid. Non vult Deus, &, Anima. verſ. animam perire.

Quando peccator à tumulo ſpiritualiter dicitur reſurgere. Fer. 5. Dominicæ 4. Quadrag. lect. 3. Ambro. lib. 5. in Luc. littera M. tom. 4.

Quomodo peccator dicitur à Domino amari. Fer. 6. eiuſd. Dominicæ, lectio. 3. Augu. in Ioan. tract. 49. littera I. k. L. tom. 9.

Et quem amat non deſerit. lect. 2.

Peccatorum incitationibus & ſuaſionibus nõ eſt acquieſcendum. Dominica 1. Aug. lectio. 2. & 3. Parab. Salom. cap. 1.

Via peccantiũ. Vide verb. Via. verſ. via peccãtiũ.

Quare cum peccatoribus non ſit ambulandum. Ibidem lectio. 3.

A verbis peccatoris non eſt timendũ, quia gloria eius ſtercus eſt & vermis, hodie extollitur & cras nõ inuenietur, quia conuerſus eſt in terrã ſuã, & cogitatio eius perijt. Fer. 5. Dominicæ 1. Octob. lect. 2. Machab. 1. cap. 2.

Cum ſe ipſum peccator agnoſcit, Deus ei agnoſcit. Dominica 10. poſt Pent. lect. 9. Aug. de verb. Domini, ſerm. 36. littera K. L. M. tom. 10.

Quid peccator humiliter dicet accuſans peccata ſua. 7. Reſp. & Verſ. Dñicę 3. poſt Pent. Vide & in verb. Conuerſio, &, Peccatum. verſ. duæ res.

PECCATVM. Qui peccata deſerit, dat fructum in tempore ſuo. Pſal. 1. Beatus vir. Dñica ad Matut.

Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta ſunt peccata. Idem 31. Fer. 2. ad Matut. lege in feſto Circunciſ. lect. 3. Paul. ad Rom. cap. 3.
Delicta quis intelligit, ab occultis meis mũda me, ſi mei nõ fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo, tunc erunt vt complaceant eloquia oris mei & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Cęli enarrant. 18. Dominica ad Matutinum.
Non eſt ſanitas in carne mea, dicit humiliter Propheta, à facie iræ tuæ non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum. Domine ne in furore. 37. il 2. Fer. 2. ad Matut.
Iniquitatem meam annunciabo & cogitabo pro peccato meo. Ibid.
Iniquitatem meam ego cognoſco & peccatũ meũ contra me eſt ſemper. Miſerere. 50. Fer. 2. ad Laud.
Auerte Domine faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Ibid.
Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis. Benedicam. 102. il 1. Sab. ad Matut. Vide & in verbo, Iniquitas. verſ. amplius.
Remitte mihi vt refrigerer priuſquam abeam, & amplius non ero. Dixi cuſtodiã. 38. Fer. 3. ad Mat.
Iniqua agẽtibus & delinquentibus quid dicat Dominus. Confitebimur. 74. Fer. 5. ad Matut.
Deſiderium peccatorum peribit. Beatus vir. 111. Dominica ad Veſper.
Dicamus ergo; Ne declines Domine cor noſtrum in verba malitię ad excuſandas excuſationes in peccatis. Domine clamaui. 140. Fer. 6. ad Veſpe.
Tu ſoluis compeditos, illuminas cæcos, erigis eliſos. Lauda anima mea. 145. Sab. ad Veſpe.

Pecca-

Peccatũ originale quomodo homo cõtrahat. Dominica in Septuag. lect.4. ex lib. Enchirid. S. Aug. cap.25.26. littera B. C. D. to.3. lege 5. & 6.

Per vnum hominem introiuit peccatũ in mundũ, & per peccatum mors. In octa. SS. Innoc. lect.3. Paul. ad Rom. cap.3.

Ita in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Ibid. Lege & in fer.4. Dominicæ 4. Quadrag. lect.1.2. & 3. Aug. in Ioan. tract.44. littera H. I. k. tom.9.

Quid fecerit Dñs vt huic malo mederetur. Ibid. Cum eſſemus mortui in delictis cõuiuificauit nos Deus in Chriſto donans nobis omnia delicta, & quomodo? In feſto Inuent. S. Cruc. die 3. Maij, lect.3. ad Coloſſ. cap.2. in verb. Gratia, &, Charitas. in Exempl. verſ. proieciſti. in verbo, Sanguis Chriſti, &, Vocatio.

Chirographum damnationis noſtræ deletum eſt per eum, mutata eſt ſententia damnationis noſtræ, & quomodo. 4. die infra octa. Aſcẽſ. lect.8. Greg. ho.29. littera K. to.2. lege & in di. lect.3. 3. Maij.

Quæ te vicit clementia, canit Eccleſia, Vt ferres noſtra crimina Crudelem mortem patiens, Vt nos à morte tolleres. Hymn. ad Veſpe. in feſto Aſcenſ. ex Ambro.

Ad peccatum quomodo corruerit. Vide in verb. Obedientia. verſ. natura humana. & in verb. Homo. verſ. fuimus.

Quæ ſunt peccata, quæ non ſolum ſcribens Paul. Epheſijs volebat in illis non eſſe, ſed nec nominari quidem. Fer.6. Dominicæ 3. poſt Epiph. lectio.1. ad Epheſ. cap.5.

Mortis ſupplicium homini Deus cõminatus eſt ſi peccaret. Dominica in Septuag. lect.4. ex lib. En-

chirid. S. Aug.epi,c.25.26. & 27. lra B.C.D.to.3.
Quę mala & quę pęna inde euenerit. Ibid.lect. 4.
Dixit Dñs ad Cain; Quare iratus es? & cur concidit facies tua, nonne ſi bene egeris,recipies; ſin autem male,ſtatim in foribus peccatum tuum aderit? Fer. 5. Dominicę Septuag. lect. 1. Geneſ. cap. 4. In verb. Homo. verſ. ſub te erit.

Naturam omniũ hominum putrefactã eſſe à peccatis. In feſto S. Ioan.Chryſ. die 27. Ianua. lect. 8. Idem hom. 15. ſuper Matth. littera B. C. tom. 2.

Quamuis homo ſine peccato eſſe non poſſit(terrà enim velut quidam tentationis locus eſt, caroque corruptelæ illecebra)tamẽ cum haberent homines mentem rationis capacem,virtutemque animæ infuſam corpori ſine cõſideratiône aliqua in lapſum ruerunt, ex quo reuocare ſe nollent. Dominica in Sexag. lect. 4. ex lib. S. Ambro. de Noe & arca, c. 4. littera G. H. I. tom. 4.

Tanta fuit noſtrorũ peccatorũ acerbitas, vt diuinam meruerit offenſã tanquam eo vſque increuerit culpa, vt etiam Deus qui naturaliter non mouetur ira, aut odio, aut paſſione vlla, prouocatus videatur ad iracundiã. Ibid. Vide & in verbo, Ira. Titu. de Ira Dei.

Licet nemo poſſit dicere ſe peccatum nõ habere; cum ſe ipſum ſeducat, & veritas in ipſo non ſit, & ſi dixerimus quoniam non peccamus, mendacem facimus Deum (vt in Dñica infra octa. Aſcẽſ. lect. 2. ſ. Ioan. cap. 1.)tamen ſine frequentibus peccatis hominem eſſe poſſe, & quid ſit hominem ſine pecto eſſe. In Vigil. Ioan. Bapt. lect. 2. & 3. Ambroſ. lib. 1. in Luc. littera I. K. tom. 4.

Duæ res ſunt homo & peccator, quòd audis homo Deus fecit, quòd audis peccator ipſe homo fecit,

dele quod feciſti vt Deus ſaluet quod fecit, oportet vt oderis in te opus tuum, & ames in te opus Dei: cum autem cœperit tibi diſplicere quod feciſti, inde incipiunt bona opera tua, quia accuſas mala opera tua. Fer. 2. Pent. lect. 3. Aug. in Ioa. tract. 12. littera M. A. B. tom. 9.

Qui peccat in hominē, in Deū peccat, & qui in hominē peccat, perijt. Fer. 3. Dñicæ 3. in Quadr. lect. 1. & 2. Aug. de verb. Dñi, ſerm. 16. lr̄a A. B. to. 10.

Peccaſti in fratrem, fac ſatisfactionem & ſanatus es. lectio. 3.

Peccatum cum conſummatū fuerit, generat mortem. Vide in verb. Tentatio. verſ. ſed vnuſquiſque.

Qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas. Fer. 2. poſt Dñicam infra octa. Aſcenſ. lect. 1. Ioan. epiſt. 1. cap. 3.

Et oīs qui peccat nō vidit Deū nec nouit eū. Ibid.

Qui facit peccatū ex diabolo eſt. lectio. 2.

Quò quis ſe peccatorem eſſe non credit, eò deterior fit peccator. Dominica 3. poſt Pent. lectio. 8. Greg. hom. 34. littera D. E. tom. 2.

Si grauium peccatorū diffidis veniam quid agendum. Vide in verb. Oratio. verſ. ſi grauium. cum trib. ſequent. & verſ. noctibus, cum ſeq. & in verb. Confeſſio. verſ. qualiter. & ibid. Dauid.

Quid agendū dū alios peccare videmus, & qd recordari debemus. Dñica 10. poſt Pent. lect. 4. 5. & 6. Ioa. Chry. ho. 25. de epiſt. ad Rom. in exhor. mor. lr̄a A. B. C. to. 4. In verb. Sacerdos. verſ. at multi.

Samuel cōtriſtatus eſt pro peccato Saul, & ad Deū pro eo tota nocte clamauit. Fer. 6. Dñicæ 3. poſt Pent. lect. 3. Reg. 1. cap. 15.

Peccatorū ſocios habere. In verb. Societas. verſ. nō excuſabimur. verb. Patres. verſ. Tobias. in Exēpl.

In corpore ſubdito peccatis non habitabit ſapientia. Dominica 3. Aug. lect.1. Vide & in verb. Regnum Dei. verſ. regnum Chriſti.

Qui diligit Deum exorabit pro peccatis, continebit ſe ab illis, & in oratione dierũ exaudietur. Fer. 4. Dominicæ 4. Aug. lect.1. Eccleſiaſti. cap.3.

Multi dilexerunt peccata ſua, & multi cõfeſſi ſunt ea. Vide in verb. Confeſſio. verſ. qui confitetur.

Si propter peccatũ aliquid tibi triſte non accidit lætari non debes, nãm altiſſimus patiens eſt redditor. Dominica 5. Aug. lect.1. Eccleſiaſti. cap.5.

Poſt peccatum non ſimus ſine metu, nec adijcienda ſunt peccata peccatis. Ibid. Vide & in verb. Miſericordia. verſ. de Dei miſericordia.

Nemo te condemnauit mulier, dixit Dominus adulteræ, nec ego te condemnabo, iam amplius noli peccare. Antiph. ad Veſp. Sab. Dominicæ 3. in Quadrag. Ioan. cap.8.

Quoties homo peccat, toties ſe ipſum cõdemnat. lectio.5. Ioan. Chryſo. hom. 22. in Paul. cap.21. ad Corinth. littera B. C. tom.4.

Peccatum enim ita ſe habet, vt mox, atq; patratũ fuerit, ſententiam ferat iudex. Ibid. in verb. Opera. verſ. nunc in cœlo. cum ſequent.

Deo gratiam confiteamur quòd in medijs peccatis nos non abſtulerit. lectio.6.

Non alliganda ſunt duplicia peccata, cum nec in vno quis ſit immunis. Fer.2. eiuſd. Dominicæ, lect. 2. Eccleſiaſti. cap.7.

Peccata non ſunt iteranda, ſed de priſtinis eſt orandum, vt dimittantur. Fer.6. eiuſd. Dñicæ, lect. 1. in verb. Vitium. verſ. cum aliquo vitio.

Sicut à facie colubri fuge peccata, & ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te. Ibid. lect.1.

Dauid Rex tantus ac potẽs ne exiguo quidem momento manere penes ſe delicti paſſus eſt conſcientiam. Dominica 6. poſt Pent. lect. 4. ex lib Ambr. de Apolog. Dauid, c. 2. & 4. littera L. M. G. to. 4.

Quid egerit. Ibidem.

Beatus qui non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. Fer. 5. Dominicæ 5. Aug. lect. 1. Eccleſiaſti. c. 14.

Qui faciunt peccatum & iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ, dixit Angelus Tobiæ. Fer. 5. Dominicæ 2. Septemb. lect. 2. Tob. cap. 12.

Quæ militent aduerſus animam. In verb. Caro 3. verſ. obſecrat.

Niſi ex corde vnuſquiſq; fratri ſuo remiſerit, Deus, peccatorum veniam nec ei remittit. Dominica 21. poſt Pent. lect. 7. & 8. Hiero. lib. 3. in Matth. cap. 18. littera B. C. D. tom. 9.

Nam & cum oramus, dicimus; Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. In oratione Dominica, Pater noſter. In verb. Iniuria, &, Fraus. in princ.

Etiam ſtulti, vt fuit Antiochus, cognoſcunt quòd propter peccata & offenſam in Deum veniunt mala & aduerſa. Fer. 5. Dñicæ 2. Octob. lect. 3. Machab. 1. cap. 6. lege & in feria 6. Dominicæ 1. Septemb. lect. 1. Iob cap. 6.

Quia in Deum noſtrũ peccamus, multa patimur hic tormenta ab hominibus. Fer. 2. Dñicæ 5. Octob. lect. 2. & fer. 3. eiuſd. Dñicæ, lect. 2. cap. 7.

Sed qui vanis ſpebus in Dñi ſeruos inflãmãtur, iudicium eius non effugient. lect. 3.

Rogabant Deum Machabæi proſtrati in terrã, vt pro peccatis mitius ab ipſo corriperentur, & non barbaris nec blaſphemis hominibus traderentur. Fer. 6. lect. 1. Machab. 2. cap. 10.

Quæ

Quæ peccata, dicit Deus per Oſeam, inundauiſſe in terra. Fer. 2. Dominicæ 4. Nouembris, lectio. 1. Oſeæ cap. 4.

Cum nos peccandi appetitus inuadit quid cogitādum eſt ne peccemus, & quid in memoriam reducendum. Dominica 5. Nouemb. lect. 4. 5. & 6. Baſil. Magn. ſuper Pſal. 33. ad verſ. timorem Domini. Lege & in d. Dominica 10. poſt Pent. lect. 5. Ioa. Chryſ. ſerm. 25. de epiſto. ad Rom. in exhorta. moral. littera A. B. C. tom. 4. & in Com. vni. marty. in alijs lectio. lect. 6. de expoſit. S. Ambr. in Pſal. 118. tom. 4. ſerm. 21. littera C. D. Vide & in verb. Opera. verſ. dixit Dominus.

Deus noſter contraria oppoſuit, vt cœleſtis medicus medicamenta peccatis. In Com. vni. marty. in alijs lectio. lect. 7. Greg. hom. 32. littera A. B. to. 2. In verb. Vitium. verſ. vitijs.

Quomodo ſancti aduerſus peccatū dimicauerint. In Com. plur. mart. in alijs lect. lect. 6. Ioa. Chry. ſerm. de marty. littera D. A. tom. 3.

Cum ergo vitia & peccata quaſi quibuſdam compedibus nos premant, & peccatorum nos retibus ligare contendant, ideo cum Dei adiutorio ſecundum id quod ait Pſalmiſta; Dirumpamus vincula eorum vt ſecuri poſſimus dicere Domino; Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Dominica infra octa. Aſcenſ. lect. 4. Augu. ſerm. qui eſt 175. in ord. de temp. & 2. de die Aſcenſ. littera I. K. tom. 10.

Qualis debet eſſe munditia à peccato, & quomodo peccata dealbentur. Fer. 2. Dominicæ 1. Aduēt. lectio. 1. Iſai. cap. 13.

Peccatvm Alienvm. Ab alienis, dicit Prophe. parce ſeruo tuo. Cœli enarrant. 81. Dñica ad Mat.

Quid agendum ne alienæ perditionis pœnas demus cũ alios peccantes videmus. d. Dominica 10. poſt Pent. lect. 5. Ioa. Chry. ſerm. 25. de epiſto. ad Rom. in exhorta. moral. littera A. B. C. tom. 4.

Propter peccatum Dauidis quam magnam ſtragem poſtea fuit Chriſtus. lectio. 6.

Sed quàm bonus eſt Deus & facilis indulgere peccatis, qui non ſolum oblata reſtituit, ſed etiam inſperata concedit ſi emendauerimus delictum. 3. die infra octa. Ioan. Bapt. lect. 7. Ambr. lib. 2. in Luc. littera G. H. tom. 4. in verb. Deſperatio.

Dicamus ergo ex corde; Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Dñe libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris ꝑpter nomen tuũ. Deus venerũt gentes. 78. Fer. 5. ad Mat.

Tu autem Deus noſter ſuauis es & verus, & patiẽs & in miſericordia diſponens omnia, etenim ſi peccauerimus tui ſumus ſcientes magnitudinem tuã. Sab. Dñicæ 3. Aug. lect. 1. Sap. cap. 15.

Dicamus cum Iob; Parce mihi Dñe, nihil enim ſunt dies mei, cur non tollis peccatũ meũ, & quare nõ aufers iniquitatem meã. In Offic. defunct. lect. 1. Iob cap. 7.

Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis. lectio. 6. cap. 14.

Clamemus & cum Tobia; Dñe memor eſto mei, & ne vindictam ſumas de peccatis meis, neque reminiſcaris delicta mea vel parentum meorum. Fer. 3. Dominicæ 3. Septemb. lect. 2. Tob. cap. 2.

Confiteamur dicentes; Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus & receſſimus & declinauimus à mandatis tuis ac iudicijs. Sab. Dominicæ 3. Nouemb. lect. 1. Dan. cap. 9.

Toto corde ad Dominum poſt peccata redeamus, &

& pœnitentiæ luctus faciamus. Fer. 6. quator temp. Septemb. lect. 1. Greg. hom. 33. littera G. tom. 2. lege & in verb. Pœnitẽtia. & ibi in verſ. emẽdemus.

Quia iam peccauimus, quia vſu malæ conſuetudinis inuoluti ſumus, quid nobis faciendum eſt vt à ventura ira fugiamus. Dominica 4. Aduent. lect. 8. Grego. hom. 20. littera C. D. tom. 2.

Rogemus ergo Dominum, Vt auferat piacula Sordeſque mentis abluat Donetque Chriſtus gratiam, Vt arceantur crimina. Hymn. fer. 5. ad Matu.

Supplices cuncti Domino dicamus; Crimina laxa pietate multa Ablue ſordes, vincula diſrumpe Parcẽ peccatis, releua iacentes Dextera tua. Hym. Ad preces. Dominica 1. Quadrag. ad Veſper.

Eumque obnixe precemur vt abſoluat delicta populorum, & à peccatorum noſtrorum nexibus quæ pro noſtra fragilitate contraximus, liberemur. Oratio Dominicæ 23. poſt Pent.

Pecvnia. In ſpirituali pecunia diuidẽda iniquitatem poſſe cõmitti. Dominica 8. poſt Pent. lect. 9. lege 7. & 8. Hiero. quæſt. 16. epiſto. ad Algaſ. lr̃a B. tom. 3. Vide & in verb. Dona. verſ. dona Dei.

Cur nihil iniquius quàm amare pecuniam? Fer. 3. Dominicæ 5. Aug. lect. 2. Eccleſiaſt. cap. 10.

Pecuniam poſſe reſeruari, & ad quid. In Com. Confeſ. non Pontif. lect. 9. in alijs lectio. Bæda in Luc. lib. 4. ſuper c. 12. c. 54. num. 30. 40. 50. to. 5.

Nam & ipſe Dominus cui miniſtrabant angeli, tamen ad informandam Eccleſiam ſuam loculos habuiſſe legitur, & à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus, alijſque indigentibus tribuens. Ibid. Vide & in verb. Sacerdos. verſ. quid monuerit, &, Ioas Rex. in verb. Diuitiæ, &, Pauper.

Peregrinatio. Incola ego ſum in terra, non abſcon-

abſcondas, à me mandata tua. Pſal. Retribue. Dominica ad Prim. In verb. Inimicus. verſ. extraneus.

Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Pſal. Memor eſto. Dominica ad Tertiam.

Quomodo cãtabimus canticum Dñi, dicit idem, in terra aliena? Super flumina. 136. Fer. 5. ad Veſp.

Dominus cuſtodit aduenas. Lauda anima mea. 145. Sab. ad Veſper.

Peregrinari nos à Domino dum ſumus in hoc corpore. Fer. 3. Dñicæ 2. poſt Epiph. lect. 1. 2. ad Corinth. c. 5. lege & in Dñica in Quinquag. lectio. 6. Ambro. de Abrahã Patri. lib. 1. c. 2. lrã B. C. to. 4.

Natos nos eſſe in huius peregrinationis ærumna, & faſtidioſos huc iam veniſſe. Dominica infra octa. Corp. Chri. lect. 9. Greg. hom. 36. littera D. E. to. 2. lege & in feſto S. Marthæ, lect. 6. die 29. Iulij. Aug. de verb. Domini, ſerm. 26. lrã E. F. tom. 10.

Numerus dierum noſtrorum, & tempus, peregrinatio eſt. Sab. Dñicæ 1. Aug. lect. 1. Eccleſiaſtæ. c. 7. Vide & in verb. Renunciatio. verſ. conſiderandum. & in verb. Vita. verſ. in præſenti vita.

In illa patria & ciuitate cœleſti ſcripti ſumus, & ciues decreti, non hoſpites, ſed ciues ſanctorum & domeſtici Dei: ad illã igitur reuertamur, & iter vitę aggrediamur. 1. die infra octa. omn. ſanct. lect. 5. Aug. ſerm. 37. de ſanct. & 1. de feſtiuit. om. ſanct. littera C. D. tom. 10. lege & in Sab. Dominicæ 2. Quadrag. lectio. 2. Ambro. lib. 7. in Luc. cap. 18. littera D. E. to. 4. Vide & in verb. Patria, & Via. verſ. duæ ſunt viæ.

Hospitari Peregrinos. Ad hoſpitium non ſolum imitandi ſunt peregrini, ſed etiam ſunt trahendi. Fer. 2. Dominicæ Reſurrect. lectio. 3. lege & 2.

Greg.

Greg. hom.23. littera C. to.2. lege & in fer. 6. poſt octa. Aſcenſ. lect.2. epiſto.3. cano. B. Ioan. Apoſt.

Chriſtus & pedes ſuis lauare cõſueuit hoſpitibus. Fer.5. Pent. lect.3. lege 1. & 2. Ambroſ. lib.6. in cap.9. Lucæ.

EXEMPLA PEREGRINANTIVM.

Chriſtus redemptor noſter is homo eſt qui in Euangelio dicitur peregre ꝓficiſci, & ſeruis ſuis bona ſua tradidit, & quomodo. In Com. Conf. Põt. lect.8. Greg. hom.9. littera C. D. tom.2.

Anaſtaſius Perſa monachus cum ſanctam hireſoſolymorum terram viſitaſſet poſt multa & vincula & verbera pro Chriſti religione perpeſſus ſecuri tãdem percutitur. In feſto SS. Vincentij & Anaſtaſij, lect.6. die 22. Ianuarij.

Alexius propter IESV Chriſti amorem prima nocte nuptiarum relinquens in tantam ſponſam illuſtriũ orbis terræ peregrinationẽ ſuſcepit. Die 17. Iulij, lect.3. ex vita quam habet Metaphraſtes.

Hieronymus religionis cauſa viſit Chriſti Domini incunabula, totãque luſtrauit Paleſthinã quã peregrinationem adhibitis Hebræorũ eruditiſſimis ad ſacræ Scripturæ intelligentiam ſibi multũ profuiſſe teſtatur. In eius feſto, die vlti. Septemb. lectio.4. eius vitam primus ex eius libris collegit Victorius.

Nicolaus cum ſe totum Deo dediſſet in Paleſthinam profectus eſt, vt loca ſancta viſeret & præſens veneraretur. In eius feſto, die 6. Decemb. lect.5. ex Ioan. diaco. & Metaphra. de eius vita.

Sunamitidem illam mulierem uoluit Elyſeus peregrinari cum tota domo vbicunq; reperiretur quæ peregrinata eſt diebus multis, cui tandem reſtituta ſunt

ſunt omnia quæ reliquerat in terra ſua. Fer.6. Dñicæ 9. poſt Pent. lect.1.2.& 3. Reg.4. cap.8.

De Abraham. In verb. Obedientia. in Exempl.

Paulus peregrinatus eſt & in ſua peregrinatione adhibuit ſibi Timotheum. Die 24. Ianua. lectio.1.

Vitus Angeli monitu migrauit in alienas terras. Die 15. Iunij, lect.2. ex Geſtis.

Persecutio. Domine Deus meus in te ſperaui, ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me. Domine Deus meus. 7. Dominica ad Matut.

Licet multi nos perſequantur, à teſtimonijs tamẽ Domini non eſt declinandum. Clamaui.118. Dominica ad Non.

Eripe me de manu inimicorũ meorum & à perſequentibus me. In te Dñe ſperaui.30. Fer.2. ad Mat.

Contra perſecutores qui nos conculcant ad Dñm clamandũ eſt. Miſerere mei Deus, quoniã conculcauit me homo. 55. Fer.4. ad Matu.

Clamemus ad Dominum vt intendat ad deprecationem noſtrã & liberet nos à perſequentibus nos. Voce mea.141. Fer.6. ad Veſpe. In verb. Verbum. verſ. principes.

In perſecutionibus & tormentis non eſt à Domino recedendum, ſed ipſe eſt inuocandus, immo pro perſecutorib. orandũ exemplo Stepha. In octa. eius lect.1. & 2. de Actib. Apoſt. c.7. Vide & in verb. Oratio. verſ. Stephanus. & vide infra in Exempl. verſ. Stephanus. lege & in fer.6. Dominicę 2. poſt Epiph. 2. ad Corinth. cap.12.

Primas erumpentis Eccleſiæ. Vide in verb. Martyrium. in Exempl. verſ. innocentes.

Benedicite perſequentibus vos, benedicite & nolite maledicere. 2. die infra octa. Epiphan. lect.3. Paul. ad Rom. cap.12.

Perſecutionem patimur & ſuſtinemus, ait idem. Fer. 2. Dñicæ 1. poſt Epipha. lect. 3. 1. ad Corinth. 4. & in verb. Veritas. verſ. qui perſecutionem.

Quas perſecutiones paſſus ſit, & ab omnibus eum Dominus liberauerit. Fer. 4. Dñicæ 5. poſt Epiph. lect. 3. 2. ad Timoth. cap. 3. lege & in fer. 4. Dominicæ 2. poſt Paſcha, lect. 2. de Actib. Apoſt. c. 20.

Omnes qui volunt in Chriſto viuere, perſecutionem patientur. Ibid. & lege in Dñica Paſſ. lect. 5. Leo ſerm. 9. de Quadra. In verb. Regnũ Dei. verſ. qui dignus. in verb. Tribulatio. & ibid. in verſ. tribulationes, &, perſecutiones.

Duo ſunt perſecutorum genera, vnum palam ſæuientium, alterum ficte, fraudulenterque blandientium, quomodo contra vtrumq; nos muniat atque inſtituat Dominus. In feſto SS. Ioan. & Paul. lect. 9. Bæda in Luc. lib. 4. ſuper cap. 12. cap. 52. num. 10. 20. 30. tom. 5. In verb. Hyppocrita. verſ. hippocrita occultus.

Dicat ergo iuſtus cũ Eccleſia; Confundantur omnes qui me perſequuntur & non confundar ego, paueant illi & non paueam ego, induc ſuper eos diem afflictionis & duplici contritione contere eos Dñe Deus noſter. cap. ad Sext. fer. 2. Dominicæ de Paſſ. Hierem. cap. 17.

Orantes dicamus; Effunde frameam & conclude aduerſus eos qui perſequũtur me, dic animæ meæ, Salus tua ego ſum. Pſal. 33. Iudica Domine nocẽtes me. Fer. 2. ad Matut.

EXEMPLA.

CHriſtus ꝓximus paſſioni tanquã iturus & relicturus diſcipulos ſuos ꝓſentia corporali futurus præ-

prçſentia ſpirituali eos ad perferendas impiorũ perſecutiones exhortatus eſt. Dñica infra octa. Aſcen. lect.7. Aug. in Ioan. tract.92. littera M. A. tom.9. lege & in Dominica 4. poſt Paſcha, lect.7. Idem in Ioan. tract.94. littera A. B. tom.9.

Beatos vocat Dominus eos qui perſecutionem patientur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorũ. 2. die infra octa. omn. ſanct. lect.9. Aug. de ſerm. Dñi in monte. lib.1. lr̃a H. I. tom.4.

Beati eritis, dicit ipſe, cũ vos homines perſequentur, & dicent omne malum mentientes propter me gaudete & exultate, quoniã merces veſtra multa eſt in cœlis. In octa. omn. ſanct. lectio. 7. Augu. ibid. littera C. D.

Qui eos qui Chriſti ſunt perſequitur, Chriſtũ perſequitur. In Conuerſ. S. Pauli, lect. 1. die 25. Ian. Actu. Apoſto. cap.9. In verb. Regnum Dei. verſ. qui dignus.

Qui mundo corde eſt atque pacificus, & qui perſecutionem pro veritate perpetitur nihilominus in cõmune commodum vitæ ſuæ ſtatuit exemplum. In feſto S. Ioan. Chry. die 27. Ianu. lect.8. Idem ho. 15. ſuper Matth. littera B. C. tom.2.

¶ De Dauid. In verb. Inimicus. in Exẽpl. verſ. Dauid. cum ſequentib.

Laurentius dum Chriſti ardet deſiderio perſecutoris pœnam non ſentit. 1. die infra octa. S. Lauren. lect.6. Aug. ſerm.30. qui eſt 1. de S. Lauren. littera B. C. tom.10.

Stephanus in labore certaminis poſitus ſtantem Chriſtum in cœlo adiutorem habuit, quia vt iſte in terra perſecutorũ infidelitatẽ vinceret pro illo de cęlo illius gratia pugnauit. Fer.3. inf. octa. Aſcenſ. lect. 8. Greg. hom.29. littera H. tom.2.

PERSECVTIO QVANDOQVE FVGIENDA.

CHriſti animam adhuc pueri quærebat Herodes & fugere ei neceſſe fuit, & in longinqua tranſire. In octa. Innoc. lectio.9. Ioan. Chry. in Matth. hom.8. littera A. tom.2.

Rediens Ioſeph ex Ægypto cum puero cum audiret quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode timuit illò ire. In Vigi. Epiph. lectio.8. Hieron. in Matth. lib.1. cap.2. littera D. E. tom.9.

Ieſum verbum propter nos homo factum voluit quemadmodum & nos, cum quæreretur & perſecutionem pateretur, fugere & inſidias declinare vſque ad tempus à ſe definitum. In feſto San. Athana. lectio.8. die 2. Maij. Athana. in Apolog. de fuga ſua, ante med.

Exijt Dominus de manibus eorum qui voluerunt eum lapidare. Feria 6. Dominicæ 4. Quadrageſi. lectio.1. Auguſt. in Ioannē, tracta.49. littera I. k. L. tom.9.

Tulerunt lapides Iudæi vt iacerēt in Ieſum: Ieſus autem abcondit ſe & exiuit de templo. Antiph. ad Non. in Dominica de Paſſ. Ioan. cap.8.

Apoſtoli non ſemper apparentes in media irruebant pericula, ſed nonnūnquā fugientes & latentes ſecedebant. Dominica 4. Octob. lect.5. Ioa. Chry. ſuper Pſalm. hom.43. ſuper Pſal.43. in princ. tom. 1. littera A. B.

Sancti vtpote à Dño eruditi in certamine cum perſecutoribus & fugiebant, & ſe ſe per latebras ſubducebāt vt pote ignari temporis à diuina prouidentia ſibi conſtituti & inſidiatoribus minime ſe ingerebant. In dicto feſto S. Athana. lect.9.

Vſque ad quod tempus expectabant. Ibidem. lege 7. & 8.

Athanaſius imperatoris Conſtantij Arianorũ fautoris &aliorum iræ cedens cum magnam partẽ orbis terræ peragraſſet in ſicca ciſterna ſex annos ſe abdidit eius rei tantum cõſcio quodam ipſius amico qui eum clam ſuſtentabat. In d. ipſius feſto lect. 5. ex ſcript. Euſeb. illius temp. hiſto.

Et cum eccleſiæ ſuæ eſſet reſtitutus, paulo poſt Alexandriæ alia exorta tempeſtate quatuor menſes in paterno ſepulchro delituit. lect. 5. Vide & in verbo, Veritas. verſ. Athanaſius.

Apollinaris nõnullis tormentis impetitus, aliquãdiu tamen latuit cum quibuſdam Chriſtianis, tandem martyrij gloria clarus è vita migrauit. In eius feſto, die 23. Iulij, lect. 6.

Donatus parentibus propter Iesv Chriſti fidem, iuſſu Iuliani Imperatoris interfectis Aretium in Etruriam cũm Hilariano monacho ex fuga ſe contulit, cuius etiam vrbis epiſcopus creatus eſt, in qua tandem & Hilarianus tandiu fuſtibus cæſus eſt donec animam efflaret, & Donatus vehementer cruciatus ſecuri percuſſus eſt. In feſto S. Donati, die 7. Aug. lect. 3. ex Geſtis.

Eliſæus cum ſciret miſſum eſſe vt caput ſuum præcideretur, iuſſit claudi oſtium & interfectorem non introire. Fer. 5. Dominicæ 9. poſt Penth. lectio. 3. Reg. 4. cap. 6.

Felix Nolanus preſbyter cum idolorum cultores impietatis argueret facto in ipſum impetu fugiens in anguſto duorum parietum interuallo ſe occultauit, & inde euadens in ædibus piæ mulieris tres menſes latuit. Die 14. Ianua. lect. 9. ex Pauli Natalibus. lege ibid. de Maximiniano epiſcopo.

Gaius Dalmata Diocletiani crudelitatem in Chriſtianos fugiens aliquandiu in ſpelunca delituit, verum octo poſt annis vnà cum Gabino fratre, martirij coronã conſecutus eſt. In feſt. SS. Soth. & Gaij die 22. Aprilis, lect. 5. ex Ponti. Damaſ. & Grati. diſtinctio. 2.

Damaſci præpoſitus, ait Paulus, gentis Arethæ regis voluit me cõprehendere & à fratribus per murum demiſſus ſum in ſporta, & ſic euaſi manus eius in nomine Domini. Reſp. lect. 8. in Com. S. Pau. die 30. Iun. 2. ad Corinth. cap. 12.

Quomodo ſe iuſtificauerit apud præſidem Felicẽ & Feſtum & primos Iudæorum appellans ad Cæſarem. In fer. 5. 6. & Sab. Dominicæ 2. poſt Paſc. per totum de Actib. Apoſt. c. 24. 25. & 28.

Paulus eremitarum author declinandæ cauſa perſecutionis Decij & Valeriani, & Deo liberius inſeruiendi in eremi ſpelũca ſe contulit. In eius feſt. die 15. Ian. lect. 4. ex Hiero. to. 1. in vita Pau. lr̃a C. D.

Syluester Pontifex in Soracte mõte latitabat qui poſtea à Conſtantino apoſtolorum monitu accerſitus fuit. In feſto S. Sylueſt. lect. 4. ex Pont. & Geſt. præcipue.

Vrbanus Papa propter perſecutionem in martyrũ ſepulchris via Appia aliquando latuit. In feſto S. Cæciliæ, lect. 4. die 22. Nouemb.

Perseverantia. Omnes quidem currunt, ait Paulus, ſed vnus accipit brauium, ſic currite vt cõprehendatis. cap. ad Veſp. Sab. Septua. Cor. 1. c. 9.

Virtus boni operis eſt perſeuerantia. Fer. 5. Dominicæ Reſur. lect. 2. Greg. ho. 25. littera D. E. to. 2.

Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Ibidem.

Quis eſt longanimis in bono opere perſeuerãdo?

In verb. Dilectio. verſ. cur ſic ſæpe.

Dum Chananæa crebrius non vt clementem, ſed vt durum medicum inclamat, meruit audire; Mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut petiſti. Antipho. ad Magnifi. Fer. 5. Dñicę 1. Quadra. Matth. c. 15. lect. 3. Hiero. in Matth. lib. 2. c. 15. lra H. to. 9.

Iſte ſanctus, canit Eccleſia, pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem. Reſp. 2. lect. 1. Noct. in Com. vni. mart. lege in verb. Opera. verſ. de ſuis operarijs, &c, ſolus beatus. in verb. Præmium, &c, Quęrere Dominũ. verſ. quærendũ eſſe. & verb. Victoria.

Petitio. Delectare in Dño & dabit tibi petitiones cordis tui. Noli æmulari. 36. Fer. 2. ad Matut.

Verax eſt ſermo Chriſti; Quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Dominica 2. poſt Epiph. lect. 6. Ioan. Chryſ. in arg. & præf. in epiſto. diui Pauli ad Rom. in princ. tom. 4. Idẽ canit Eccleſia, Antiph. ad Bened. fer. 2. in Rogat. Luc. 11. Matth. 7.

Hortamur vt pulſemus cum dixit; Pulſate & aperietur vobis, ſed ipſe Dominus nobis aperiat qui & dignatus eſt hortari. Fer. 6. Dominicæ 3. Quadra. lect. 1. Aug. in Ioan. tract. 15. littera G. H. tom. 9.

Petitiones noſtræ quomodo innoteſcere debent apud Deum. Fer. 2. Dñicæ 4. poſt Epiph. lectio. 2. ad Philip. cap. 4. in verb. Voluntas. verſ. petens leproſus.

Non eſt inuerecũda petitio quæ non ſibi, ſed alijs conſulit. Fer. 4. Dñicę 2. Quadrag. lect. 2. Ambro. ex lib. 5. de fide ad Gratia. ca. 3. littera D. E. to. 2.

De diuina poteſtate & voluntate dandi nõ eſt hęſitandum. Dominica 4. poſt Paſcha, lectio. 1. & 2. Iacob. epiſt. can. cap. 1.

Petitis & nõ accipitis eo quòd male petitis. Fer. 6. Dñicæ 4. poſt Paſcha, lect. 1. Iacob. cap. 4.

Quid ſit petere aliquid à patre in nomine Saluatoris, & vt quod petitur obtineatur, & cur nnonulli petunt & non accipiunt. Dominica 5. poſt Paſcha lect. 7. 8. & 9. Aug. in Ioan. tract. 102 lra I.K. to. 9.

Quicquid petitur contra rationem ſalutis, non petitur in nomine Saluatoris. lect. 7. Vide & in verb. Nox. in princ.

Quicquid aliud petitur pręter vitam beatã, ſi vere poſcitur nihil petitur, in tantę rei cõparatione quic quid aliud concupiſcitur, nihil eſt. lect. 9. Idẽ ibid.

Quædam autem non negantur, ſed vt cógruo den tur tempore differuntur. Ibid. lect. 8. lege & in ver bo, Manſio. verſ. de manſione.

Petierunt & maiores natu Iſrael à Samuele ſibi dari regẽ, quod & ſi diſplicuiſſet Samueli, & ob id orauerit ad Dominum, qui ſe etiam ab illis dixerit eſſe abiectũ, eos tamen Dominus audiuit, & regẽ conſtituit. Fer. 6. poſt Dñicam Corp. Chri. lect. 1. & 2. 1. Reg. cap. 8. & fer. 3. Dñicæ 3. poſt Penth. lectio. 1. cap. 12.

Diſtulit Dominus Lazarum ſanare, vt poſſet reſuſcitare. Fer. 6. Dominicę 4. in Quadra lect. 1. Aug. in Ioan. tract. 49. littera I. K. L. tom. 9. Vide & in verb. Patrimonium. lege & in fer. 2. in Rogat. lect. 1. 2. & 3. Ambro. lib. 7. in Luc. littera E.F. tom. 4. In verb. Salomon. cum ſeq. & in verb. Mendicus.

Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, dicit Dominus, quodcunque petieritis, fiet vobis. Antiph. ad Veſp. in feſt. SS. Philip. & Iac. die 1. Maij. Ioan. cap. 15.

Ante ad Dominum peruenit iuſta petitio, quàm iniqua præſumptio, nam Petrus in terris poſitus ob tinuit quod petebat, & Simon non peruenit ad cœ leſtia, quò tendebat. 6. die infra octa. Apoſtolo.

lect.6. Maxi. hom.5. in Nata. Apoſt. lege & hom. Dominicæ 10. poſt Pent. Aug. de verb. Domini, ſerm.36. littera K. L. M. tom.10. Vide & in verb. Dilectio. verſ. vt diligamur inuicem fructus eſt.

Dicamus ergo cũ Proph. Intret poſtulatio mea in cõſpectu tuo Dñe. Pſ. Principes.118. Dñica ad Non. Eumq; rogemus vt faciat nos quæ ei placita ſunt poſtulare, vt petentibus deſiderata concedat. Oratio fer.4. Dominicæ 4. in Quadrage. Idem legitur in Dominica 9. poſt Pent.

Et ex intimo corde dicamus; Prætende Domine famulis & famulabus tuis dexteram cœleſtis auxilij, vt te toto corde perquirant, & quæ digne poſtulant, cõſequi mereantur. Oratio vltima in 15. pſalmis Gradualibus, in fin. Breuiarij.

Et vt Chriſtus nos orare docuit; Petamus quæ in oratione Dominica, ideſt Pater noſter continẽtur. Matth.6. Luc.11.

Petrvs. Per Petrum ſeniorem Eccleſiam gentium ſignificari, per iuniorem Ioannem Synagogã. Sab.in Alb. lect.2.& 3.Greg.ho.22. lña M.A.to.2.

Petro ſupra cæteros poſt regni claues ouilis Dominici cura mãdatur. Dominica 2.Paſchæ, lect.4. Leo ſerm.1. de Aſcenſ. Domini. circa princ.

Accipite Spiritum ſanctum, dixit Dominus, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Antipho. ad Benedictus. in feſto Pent. Ioan.20. Matth.18. lege in Dñica Palm. lectio.8. & 9. Leo ſerm.11. de Paſſ. Domini. lege & in verb. Apoſtoli. Credo remiſſionem peccatorum. in Symbo. Apoſto.

Petrus apoſtolorum princeps cur ad arcem Romani deſtinatur imperij. In feſto Cathedræ S. Petri, qua Romæ primũ ſedit. Die 18. Ianua. lect.4.5. & 6. Leo ſer.1. in Nati. Apoſt. Pet. & Pau. ſub med.

Quas

Quas eccleſias prius fundauerat. Ibid. lect. 6.
In ſoluendis aut ligandis quorumcunque cauſis aliud ratum eſſe noluit in cœlo, quàm quòd Petri ſediſſet arbitrio. Sab. quatuor temp. Quadrag. lect. 2. Leo ſerm. de Transfigurat. Domini.
Quotidie in vniueſa Eccleſia dicit Petrus; Tu es Chriſtus filius Dei viui. In feſt. S. Leon. Papę lect. 7. die 11. Aprilis, Idem ſerm. 2. in Anniuerſ. die Aſſumpt. eiuſd. ad Summi Ponti. Rom. culmen & onus, ante med.
Petrus & Paulus Chriſtianæ fidei principes non ſine cauſa vna die paſſi ſunt, & vnius tyranni tolerauere ſententiam in vrbe Roma. 6. die infra octa. Apoſt. lect. 4. Maxi. hom. 5. in Nata. eorund.
Cuius meriti ſint. lectio. 5.
De ſolemnitate Cathedræ Petri. lege in feſto Cathedrę Petri Antiochię. Die 22. Febr. lect. 4. 5. & 6.
Et ſi omnium ſanctorum cōmemoratione eſt lætandum, in horum tamen excellentia patrum cur merito ſit excellētius gloriandū. 4. die infra eand. octa. lect. 5. Leo ſerm. 1. in Natiu. Petri & Pauli in fin. Vide & in verb. Roma.
Sacris Petri Vinculis quo miraculo honor haberi cœperit qui primus Auguſti dies Cæſari tribui ſolitus erat. In feſt. Vincul. Pet. die p̄dicta, lect. 4. & 5.

P H

PHILOSOPHVS. Philoſophi Chriſtiani quid profitentur. Dominica 4. poſt Paſcha, lect. 4. & 5. ex tract. S. Cypriani de Bono patient. ſerm. 3. in init.

P I

PIETAS. Quod ſit magnū pietatis ſacramentum. Fer. 2. Dominicæ 5. poſt Epiph. lect. 3. Paul. 1. ad Timoth. cap. 3.
O magnum pietatis opus mors mortua tunc eſt,

in ligno quādo mortua vita fuit. Antiph. ad Laud. in feſto Exalta. S. Crucis, die 14. Septemb.

Nunquam deeſt tribulatio ſi nunquam deſit obſeruantia pietatis. Dominica de Paſſ. lect.5. Leo ſer. 9. de Quadrag.

Solus Deus pius eſt, ait Ioannes. Fer. 5. Dñicæ 3. poſt Paſcha, lect.1. Apocaly. cap.15.

In pietate amor fraternitatis eſt miniſtrādus. Fer. 6. infra octa. Aſcenſ. lect.2. Pet.2. cap.1. In verb. Patientia. verſ. & pietas. Tit. de Pati. in mal. tole.

Pietas virtutum omniū eſt fundamentū. In Com. vni. mart. in alijs lect. lect.4. de expoſit. S. Ambr. in Pſal.118. tom.4. ſerm.21. littera C. D.

Quid nos facere oportet cum aliquod pietatis officium volumus adoriri Chriſti exemplo? In feſto S. Bartholo lect.8. Ambr. in Luc. lib.5. littera B. C. D. tom.4.

Cauendum eſt ne per occaſionē pietatis vnuſquiſque credentium ſcandalis pateat. In Dedica. S. Michael. die 29. Septemb. lect.8. Hieron. in Matth. lib.3. c.18. lr̄a H. B. D. tom.9. In verb. Scandalū.

Impietas ſub pietatis nomine non eſt inducenda. Fer.4. Dñicæ 3. in Quadrage. lectio.3. Hieron. in Matth. lib.2. cap.15. littera H. A. B. tom.9.

EXEMPLA.

CHriſtus officium pietatis impleuit cum parentibus ſe ſubiecit. Dominica infra octa. Epipha. lect.9. Ambro. 2. lib. Com. in Luc. lr̄a M.A. to.4.

Et non otioſe legitur fuiſſe immemor ſuorum parentum ſecundum carnem. lect.7. Idem ibid.

In Chriſto quāta fuerit pietatis affectio circa ſuos interfectores. Vide in verb. Vindicta. verſ. tāta fuit.

in verb. Charitas. in Exempl. verſ. Chriſtus.

Pia vocatur eius mater & B. Virgo Maria. In Antiph. Salue Regina.

Bernardus ſic contemplationi addictus erat, vt vix ſenſibus niſi ad officia pietatis vtereť. Die 20. Aug. lectio. 5. ex vita.

Ionathæ pietas cõmendatur erga Dauid, pro qua nec patris offenſam, nec vitæ periculũ refugit. Dominica 5. Septemb. lect. 5. ex lib. Offic. S. Ambr. c. 15. & 16. lr̃a E. C. to. 1. in Titu. Opera miſericordiæ. in Exemplis.

Arcturum, Oriona & Hyadas & interiora auſtri Deus fecit. Dominica 2. Septemb. lect. 2. Iob cap. 9. In verb. Solicitudo. verſ. ipſe fecit. & in verbo, Voluntas. verſ. at per quod ſignum.

Signa. In verb, Miracula, verſ. cur fideles.

Simonia. In verbo, Dona. verſ. dona Dei pecunia. in verb. Templum. verſ. qui ſunt qui ibi, & in verbo, Hæreditas. verſ. quid imprecetur.

Iaſon frater Antiochi Oniæ ſummum ſacerdotiū ambiebat promittens argenti talenta Antiochio regi ſuo fratri. Fer. 5. Dñicæ 4. Octob. Machab. 2. c. 4. quid ei acciderit. Fer. 6. eiuſd. Dñicę lect. 2. & 3. c. 5.

Quid dixerit Petrus Simoni Mago, qui donū Dei pecunia poſſideri credebat. Fer. 6. Dñicæ 1. poſt Paſcha, lect. 3. lege & 2. de Actib. Apoſto. cap. 8. in verb. Auaritia. verſ. Simon.

Simplicitas. Non gymnaſia choris referta ſapientum, ſed plebem ſimplicem Dominus naſcens requiſiuit quæ phalerare audita & fucare neſciret. In hom. euang. Paſtores loquebantur ad inuicem, poſt Dñicam infra octa. Natiu. lect. 8. Ambroſ. 2. lib. Com. in Luc. littera G. H. tom. 4.

Simplicitas enim quæritur, non ambitio deſideratur. Ibid. in verb. Febris. verſ. febris noſtra.

Volo inquit Paulus Romanis uos ſapientes eſſe in bono & ſimplices in malo. Dominica infra octa. Epiph. lect. 1. ad Rom. cap. 16.

Qui donationem ſecundum gratiā ſibi à Deo datam habet in tribuendo, in ſimplicitate tribuat. 2. die infra octa. Epipha. lectio. 2. ad Rom. cap. 12.

In cordis ſimplicitate quærendus eſt Dominus. 2. die infra octa. omn. ſanct. lectio. 8. Augu. de ſerm. Domini in monte. lib. 1. littera H. I. tom. 4. Vide in verb. Cor. verſ. cordis ſimplicitatem.

In ſimplicitate innocentiam eſſe ſeruandam. 4. die infra octa. omn. ſanct. lect. 6. Aug. ſerm. 37. de ſanct. & 1. de feſtiu. omn. ſanct. littera F. G. to. 10.

Qui ambulat ſimpliciter ambulat cōfidenter: qui autē deprauat vias ſuas, manifeſtus erit, qui annuit

oculo

oculo dabit dolorem. Fer. 5. Dominicæ 1. Aug. lect. 2. Parab. Salom. cap. 10.

Si deridetur iuſti ſimplicitas. Lege in Com. Conf. non Pont. in alijs lectio. lect. 4. 5. & 6. ex lib. Moral. Greg. lib. 10. in 12. cap. Iob cap. 27. littera A. & cap. 29. littera E. tom. 2.

EXEMPLA.

Chriſtus non ſimplices ſolum eſſe iuſſit diſcipulos ſuos, nec prudentes ſolum, ſed ambo hęc in vnum miſcuit vt in præcipuam virtutem ſimul vertantur. In feſto Com. Pauli, die 30. Iun. lect. 8. lege & 9. Ioan. Chry. in cap. 10. Matth. ho. 34. littera C. D. A. tom. 2.

Sciat Deus, dicit Iob, vlcere percuſſus ſedens in ſterquilinio ſimplicitatem meam. Fer. 4. Dominicæ 2. Septemb. lectio. 1. Iob cap. 31.

Quæ alia bona in ſe eſſe cõmemoret. lectio. 2. & 3.

Qui & à Deo de ſimplicitate cõmendatur. Dominica 1. Septemb. lect. 3. cap. 1. & fer. 3. lect. 1. c. 2.

Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum. Fer. 5. Dñicæ 1. Octob. lect. 2. Machab. 1. c. 2.

Dauid à Deo de cordis ſimplicitate & æquitate laudatur. Dominica 8. poſt Pent. lect. 1. Reg. 3. c. 9. Vide infra Simulatio.

Simvlatio. Cuius ſemel animum ſimulatio imbuerit, tota virtutum ſinceritate & veritate fraudabit. In feſto SS. Ioan. & Pauli, die 26. Iunij, lect. 7. Bæda in Luc. lib. 4. ſuper cap. 12. cap. 52. num. 10. 20. 30. & ſequen. tom. 5.

Blandimenta verborũ & manſuetudinis ſimulationem ex fructu operationis oportet expendi. Dñica 7. poſt Pent. lect. 7. Hilar. in Com. in Matth. can. 6. In verb. Pax. verſ. omnem ſimulationem.

EXEM-

EXEMPLA.

CHriſtus ſimplex veritas nihil per duplicitatẽ ſe cit. Fer. 2. Paſc. lect. 2. Greg. ho. 23. lra C. to. 2. De Abſalom duplicitate, lege in ſer. 4. Dominicæ 6. poſt Pent. lectio. 1. 2. & 3. Reg. 2. cap. 15. in verbo, Pater. in Exempl. verſ. Abſolom.

Senex Eleazarus dicebat non conuenire ſuæ ætati fingere, ne adoleſcentes ob ſuam ſimulationẽ deciperentur. Dñica 5. Octob. lect. 2. Machab. 2. c. 6. Vide & in verb. Hyppocrita, Veritas, & Cor. verſ. ne acceſſeris. & Verbũ. verſ. verbũ Dei vel rationabile.

S O

SObrietas. Hortatur nos Paulus, vt ſobrij ſimus, & vigilemus, & cur? In verb. Vigilantia. verſic. vigilandum.

Societas. Sicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis. Dñica 2. poſt Epiph. lect. 2. Pau. ad Corinth. 2. cap. 1. lege & 1.

Societatem noſtram, dicit Ioannes, eſſe debere cũ patre & filio eius Iesv Chriſto. Dominica inf. octa. Aſcenſ. lectio. 1. Ioan. epiſto. 1. cap. 1.

In ipſa ſanctorum ſocietate pax erit & vnitas plena atque perfecta. In feſto Corp. Chri. lect. 7. Aug. in Ioan. tract. 26. littera G. H. I. K. tom. 9.

Non excuſabimus ſi quando delictorum ſocios habuerimus, nam illud ſupplicium magis augebit. Dominica 10. poſt Pent. lect. 4. Ioan. Chry. ſerm. 25. de epiſto. ad Rom. in exhortat. moral. littera A. B. C. tom. 4.

Inuehitur Deus in huiuſmodi peccatorem dicens: Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. lege Pſal. Deus deorum. 49. Fer. 3. ad Matut.

Non profuit Adam excuſatio, cum dixit Domino; Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de li gno & comedi, quin ambo punirentur. Fer.4. Dominicæ Septuag. lect.2. & 3. Geneſ. cap.3.

Sodomia. Maſculorum cócubitores regnũ Dei non poſſidebunt. Fer.4. Dominicæ 1. poſt Epiph. lectio.2. ad Corinth.1. cap.6.

Sodoma & Gomorra & finitimæ ciuitates exfornicatæ & abeuntes poſt carnem alteram factæ ſunt exemplum ignis æterni pœnam ſuſtinentes. In Vig. Pent. lect.2. epiſt. beati Iudæ cap.1.

Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem ſpernunt, maieſtatẽ blaſphemant. Ibid. Vide in verb. Immunditia.

Solicitudo. Ego autem, ait Propheta, mendicus ſum & pauper, Dominus ſolicitus es mei. Pſal. 39. Expectans. Fer.3. ad Matut.

Dominus regit me, nihil mihi deerit. Dñs regit me.22. Fer.5. in Fer. Offic. ad Prim. Vide in verb. Timor. verſ. timete Dominum.

Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem aſſumpſit me. Dominus illuminatio. 26. Fer.2. ad Matut.

Iacta ſuper Dñm curam tuam, & ipſe te enutriet. Exaudi Deus.54. Fer.4. ad Matut.

Ipſe eduxit aquam de petra, & deduxit tanquã flumina aquas. Attendite popule meus.77. Fer. ead. ad Matut. In verb. Inimicus. verſ. in mari.

Manna populũ in deſerto cibauit & non ſunt fraudati à deſiderio ſuo. Ibid.

Catuli leonum rugientes rapiunt & quærunt eſcã ſibi, Benedic.103, il 2. Sab. ad Matut.

Omnia à Deo expectant, vt detur ſibi eſcæ in tempore. Ibidem.

Poſuit

Poſuit deſertum in ſtagna aquarum, & terram ſine aqua in exitus aquarum. Confitemini.106. il 3. Sab. ad Matutinum.

Dat eſcam omni carni ob miſericordiam ſuam. Confitemini.135. Fer 5. ad Veſp. Vide & in verb. Timor. verſ. eſcam.

Si habitauero in extremis maris, illuc manus tua deducet me,& tenebit me dextera tua. Domine ꝓbaſti me.138. Fer.6. ad Veſp.

Oculi Domini in illis qui ſperant in eo, nam dat illis eſcam in tempore opportuno, aperit manum ſuam, & implet omne animal benedictione, Exaltabo te.144. Sab. ad Veſp.

Operit cęlum nubibus & parat terrę pluuiã,producit in montibus fœnum & herbam ſeruituti hominum. Laudate Dominum.146. Ibid. ad Veſp.

Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Ibid.

Ipſe fecit ventis pondus & aquas appẽdit in menſura, poſuit pluuijs legem & viam procellis ſonantibus. Fer.3. Dominicæ 2. Septemb. lect.3. Iob c. 28, lege & lect.2. & 3. Fer.5. eiuſd. hebd. cap.38.

Solicitudine erga fratres non ſimus pigri, 2. die infra octa. Epiph. lect.3. ad Rom. cap.12.

Nihil ſoliciti ſitis, dicit Paul. ad Philip. ſed quid agere deberent. Fer.2. Dominicæ 4. poſt Epipha. lect.2. lege 1. & 3, ad Philip. cap.4.

De cõmuni fratrũ ſalute ſolicitus erat Iudas Thadæus. In Vig. Pent. lect.1. epiſt. beati Iudæ cap.1.

Conuocatis diſcipulis dixit IESVS; Miſereor ſuper turbam, quia ecce jam triduo ſuſtinent me,nec habent quid manducent.Dñica 6.poſt Pent. in Euãg. Marc.c.8. lege & Antiph.ad Magnif. in ead.Dñica.

Cur eorum quæ ad victum ſpectant & veſtitũ mo-

net Dominus, nos non debere ſolicitudinē habere? Dominica 14. poſt Pent. lect.9. Aug. de ſerm. Domini in mon. lib.2. cap.22. littera F. G. tom.4.

Si minutiſſima animalia, & quæ quolibet per aera feruntur volatilia Deus obliuiſci non poteſt, & omnia irrationabilia gubernat, rationabilia quę ad imaginē facta ſunt creatoris curare nō deſinit. In feſto SS. Ioa. & Pau. lect.9. die 26. Iun. Będa in Luc. lib.4. ſuper ca.12. c.52. nu.10.20.30. cū ſeq. to.5.

Nolite ſoliciti eſſe dicētes; Quid manducabimus, aut quid bibemus: ſcit enim pater veſter quid vobis neceſſe ſit. Antiph. ad Benedi. Dominicæ 14. poſt Penth. Matth.16.

Quærite primum regnum Dei & iuſtitiā eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Antiph. ad Magnifi. eiuſd. Dñicæ, Matth. cap.6. in verb. Renunciatio. verſ. qui terrenis. & in verb. Diuitiæ. verſ. melius.

Adduxi vos per deſertum quadraginta annis ego Dñs, non ſunt attrita veſtimenta veſtra: Manna de cœlo pluit vobis, & obliti eſtis me, dicit Dominus. Reſp. lectio.2. fer.3. Dominicæ 4. Quadrag.

Puſillum & magnū fecit Dñus & æqualiter eſt illi cura de omnibus. Fer.3. Dñicæ 3. Aug. lect.2. Sap.6.

Nam lapidem quem, ait Propheta, reprobauerūt ædificantes hic factus eſt in caput anguli: A Dño factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Pſalm.117. Confitemini. Dñica ad Prim. in verb. Opera. verſ. Deus ſine acceptatione. verb. Electio. in Exēpl. verſ. de Dauid rege. & Dominica in Alb. lectio.2. Paul. ad Coloſſ. cap.3.

Dicamus ergo Dño; Duo rogaui te ne deneges mihi antequā moriar: Diuitias & paupertates ne dederis mihi, ſed tantū victui tribue neceſſaria. Verſ. & Reſp. lect.6. Dñicæ 1. Aug. Prou. Salom. c.30.

EXEM-

EXEMPLA.

BEato Elyę iubente Domino corui miniſtrabant. Dominica 9. poſt Pent. lect. 6. Aug. ſerm. 201. in ord. de tempo. & 2. de Dominica 3. poſt feſtum Trin. littera I. K. tom. 10.

De Sunamitide. Vide in verb. Hoſpitalitas: in Exemplis, verſ. Sunamitis. lege & in lectio. 3. in fin. fer. 5. Dominicæ 9. póſt Pent. 4. Reg. cap. 6.

Paulo primo eremitę per coruum Deus panem dimidiatum ſemper mittebat, in aduentu Antonij miſit integrum. In feſto ipſius Sancti Pauli, lectio. 4. & 5. die 15. Ianua. ex Athana. lege & in feſto S. Marthæ, die 29. Iulij, lect. 8. Aug. de verbis Domini, ſerm. 26. littera E. F. tom. 10.

De Ægidio. Vide in verb. Abſtinentia. in Exẽpl.

SOMNVS. Memor fui tui, ait Propheta, ſuper ſtratum. Vide & in verb. Matutinum.

Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatę, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Pſal. 67. Exurgat. Fer. 4. ad Matut.

Admonet Paulus vt à ſomno ſurgamus. Cap. ad Veſp. in Aduent. ad Rom. cap. 13.

Surge qui dormis, ait idem, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Fer. 6. Dominicæ 3. poſt Epiph. lectio. 3. ad Epheſ. cap. 5.

Dulcis eſt ſomnus operanti ſiue parũ ſiue multum comedat. Fer. 5. Dñicæ 2. Aug. lect. 3. Eccleſiaſtæ. c. 5. Vide in verb. Diuitiæ. verſ. vbi multæ ſunt opes.

Somnolentia ab Eccleſia increpatur. Hymn. Æterne rerum conditor. Dominica ad Laud.

Cùm ſomno refecta ſunt membra, quid rogandus eſt Dominus, legantur & hymni feriarum pſalterij. In verb. Nox.

Dicamus ergo Domino; Aufer cateruas mentium Fuga cateruas dæmonum Expelle ſonnolentiã Ne pigritantes obruat. Hymn. fer. 3. ad Matut.
Somnia. Multas curas ſequuntur ſomnia. Fer. 5. Dñicæ 2. Aug. lect. 1. Eccleſiaſtæ. cap. 5.
Vbi multa ſunt ſomnia, plurimę ſunt vanitates & ſermones innumeri. lectio. 2. Ibid.
Daniel ſomniorum interpres. Fer. 2. Dominicę 3. Nouemb. lect. 1. 2. & 3. Dan. ca. 2. & fer. 4. eiuſd. hebdo. lectio. 1. 2. & 3. cap. 2.
Dicamus ergo Domino; Procul recedant ſomnia Et noctium phantaſmata, Hoſtemque noſtrũ comprime Ne polluantur corpora. Hymn. ad Complet. ex diuo Ambro.
Sortes. In manibus tuis, ait Propheta, ſunt ſortes meæ. Pſal. 30. In te Dñe ſperaui. Fer. 2. ad Mat.
Sortes hominum ſcriptũ eſt in manibus Dei eſſe, & Dominum occidere & viuificare. In feſto San. Athana. die 2. Maij, lect. 9. Athana. in Apolog. de Fuga ſua, ante med. Vide & in verb. Oratio. in Exemplis noui teſtamenti. verſ. & orantes.
Maiores natu Iſrael petierunt à Samuele conſtitui ſibi regem, & cum applicuiſſet omnes tribus Iſrael cecidit ſors ſuper tribu Beniamin, & peruenit vſq; ad Saul filiũ Cis, quem tamen monitu Dñi vnxerat Samuel ducem ſuper populum Iſrael. Lege in Sab. poſt Dñicam Corp. Chri. lect. 3. Reg. 1. cap. 9.
Qui tamen abſcondit ſe domi, & à Dño detectus eſt. Fer. 2. Dñicæ 3. poſt Pent. lect. 2. Reg. 1. c. 10.
Numerus menſium hominis apud Dominum eſt. In Offic. defunct. lect. 5. Iob cap. 14.
Conſtituit terminos eius, qui præteriri non poterunt. Ibidem.
Greſſus eius dinumerauit Dominus. lect. 6. Vide & in

& in verb. Vita. verſ. Deus eſt. & verſ. vitã quippe hominum cum ſequen. in verb. Fatum, &, Mors. verſ. Deus mortificat. Spes. verſ. non relinquet.

S P

SPECVLATOR. In verbo, Epiſcopus, &, Paſtores animarum.

SPES. Sperãt in te Dñe qui nouerunt nomẽ tuũ. Vide in verb. Quærere Dominum. in princ.

Saluos facit Deus ſperantes in ſe. Exaudi Domine iuſtitiam meam. 16. Dominica ad Matut.

Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te: In te Domine ſperaui nõ confundar in æternum. Hymn. Te Deum laudamus. Ambro. & Augu.

Bonum eſt ſperare in Dño, quàm ſperare in principibus. Confitemini Dño. 117. Dñicã ad Prim.

In Domino ſperans non infirmabor. Iudica me Domine. 25. Fer. 4. in Feri. Offic. ad Prim.

In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt & liberaſti eos, ad te clamauerunt & ſalui facti ſunt, in te ſperauerunt & nõ ſunt confuſi. Deus Deus meus. 21. Fer. 6. in Feri. Offic. ad Prim.

Dominus adiutor meus & protector meus, & in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum. Ad te Domine clamabo. 27. Fer. 2. ad Matut.

In te Domine ſperaui non confundar in æternum. In te Domine ſperaui. 30. Fer. ead. ad Matut.

Ego autem (quia odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacue) in Domino ſperaui, exultabo & lętabor in miſericordia tua. Ibid.

Omnes qui ſperant in eum non infirmantur. Fer. 5. Dñicæ 1. Octob. lectio. 2. Machab. 1. cap. 2.

Perfeciſti eis qui ſperãt in te in conſpectu filiorũ hominum. Ibidem.

Viriliter agite & cõfortetur cor veſtrũ omnes qui ſperatis in Dño. Ibid. In verb. Lingua. verſ. ꝑtegit.

Suauis eſt Dominus, beatus qui ſperat in eo. Benedicam Dominum. 33. Fer. ead. ad Matut.

Non delinquent omnes qui ſperant in eo. Ibidem. In verb. Bonitas. in princ.

Adiuuabit iuſtos Dominus & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus & ſaluabit eos, quia ſperauerunt in eo. Noli æmulari. 36. Fer. ead. ad Matu.

Nam non relinquet virgam peccatorũ ſuper ſortẽ iuſtorũ, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. Qui confidunt. 124. Fer. 3. ad Veſper. In verb. Timor. verſ. ecce oculi. & in verb. Beatitudo. verſ. beatus vir cuius.

Lætentur omnes qui ſperãt in te Domine, in æternum exultabunt, & habitabis in eis. Verba mea. 5. Fer. 2. ad Laud. Vide & in verb. Diuitiæ. verſ. quid ei accidet.

Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? ait idem, Spera in Deo quoniam adhuc cõfitebor illi. Quemadmodum. 41. Fer. 3. ad Matut. Vide in verb. Votum. verſ. in me ſunt vota.

In Deo ſperaui non timebo quid faciat mihi caro. Miſerere. 50. il 1. Fer. 4. ad Matut.

In Deo ſperaui non timebo quid faciat mihi homo. Ibid. In d. verb. Timor. verſ. Dominus mihi cum duob. ſequentib.

Deus auxilij mei, & ſpes mea in Deo eſt: Sperate in eo omnis cõgregatio populi, non in hominibus. Nonne Deo. 61. Fer. ead. ad Matut.

Domine ſpes mea à iuuentute mea. In te Domine ſperaui. 70. Fer. 5. ad Matut.

Adhærere Deo & in eo ſpem ponere bonũ eſt, nã qui ſe ab eo elongant, peribunt. Quàm bonus. 72.

Fer. 5. ad Matutinum.

Beatus homo qui ſperat in te Dñe. Quàm dilecta. 83. Fer. 6. ad Mat. In verb. Solicitudo. verſ. oculi.

Factus eſt mihi Dñs in refugium Deus meus in ad iutorium ſpei meæ. Deus vltionũ. 93. Fer. ead. ad Matut. In verb. Tribulatio. verſ. tu es ſpes mea.

In alijs tanſitorijs bonis ſpes fallit. Cant. Habac. cap. 3. Domine audiui. Fer. 6. ad Laud.

Ficus enim, ait ipſe, nõ florebit, & nõ erit germẽ in vineis, mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum: Abſcindetur de ouili pecus, & nõ erit armentum in præſepibus; ego autem in Domino gaudebo. Idem ibid.

Clamaui ad te Domine, dixi tu es ſpes mea. Voce mea. 141. Fer. 6. ad Veſp. Vide & in verb. Inſidiæ. verſ. tu es.

Domus Iſrael ſperauit in Domino, adiutor eorum & protector eorũ eſt. In exitu. 113. Dñica ad Veſp.

Domus Aaron ſperauit in Domino, adiutor eorũ & protector eorum eſt. Ibidem.

Tu Domine ſingulariter, in ſpe conſtituiſti me. Cum inuocarem. 4. ad Complet.

Quoniam in me ſperauit, liberabo eum. Qui habitat. 90. Ibid. ad Complet.

Spe nos gaudere debere monet Paulus. 2. die infra octa. Epipha. lectio. 3. ad Rom. cap. 12. In verbo, Vindicta. verſ. ſi in Domino. & in verb. Spes. verſ. bonus eſt Dominus. & in verb. Timor. verſ. beneplacitum.

Spes fluctuare non debet. Fer. 6. infra octa. Aſcen. lect. 5. Leo ſerm. 2. de Aſcenſ. Domini.

Rogemus Dominum vt qui in ſola ſpe gratiæ cœleſtis innitimur, eius ſemper protectione muniamur. Oratio Dominicæ 5. poſt Epipha.

SPIRITVS

Spiritvs Sanctvs. Credo in ſpiritum ſanctum. Symbo. Apoſto.

Spiritus ſanctus à Patre & Filio nō factus nec creatus nec genitus, ſed procedens. Symb. Athana. Dominica ad Primam.

Spiritum ſanctum tuū ne auferas à me. Miſerere. 50. Fer. 2. ad Laud.

Septem dona ſpiritus ſancti. Dñica 2. Aduent. lect. 1. Iſai. cap. 11. lege Hymn. Veni creator ſpiritus. In Vig. Pent. ad Veſp. ex Ambro.

Neſcit tarda molimina ſpiritus ſancti gratia. Fer. 6. quatuor tempo. Aduent. lect. 1. Ambro. 2. lib. Com. in Luc. littera I. M. tom. 4.

Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Dominica 3. Aug. lect. 2. Sapien. cap. 1.

Dona quæ per ſpiritum ſanctum diuerſimode donantur, operatur vnus atque idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult. In Com. Apoſt. lect. 4. Grego. ho. 30. lr̃a k. L. to. 2. lege & in Dñica 11. poſt Pent. lect. 8. & 9. Greg. in Ezechi. ho. 10. lr̃a L. M. to. 2.

Quia ſpiritus ſanctus in columba ſuper Dominū apparuit, recte per columbas ſpiritus ſancti chariſmata figuratur. Fer. 3. Dñicæ 1. Quadrag. lectio. 3. Bæda in hom. Quadrag. in ca. 21. Matth. in 2. ho. fer. 3. Dñicæ 1. Quadrag. in princ. tom. 7.

Super quem requieſcit. In verb. Humilitas. verſ. ſuper humilē. & verb. Verbū. verſ. ſuper trementē.

Si quis habitatorem habuerit ſpiritū ſanctum in hoc quod per ſe met ipſum agere nō poterit ipſum in omnibus bonis adinueniet adiutorē. Fer. 4. quatuor tempo. Quadrag. lect. 3. Aug. non ex intento exponit Matthæum. & in verbo, Concupiſcentia. verſ. cum per dona.

Cum

Cum venerit Paraclitus, dicit Dominus, quē ipſe dicit à Patre miſſurum, ſpiritum veritatis qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de ſe. Dominica infra octa. Aſcenſ. in Euang. S. Ioan. cap. 15. lege hom. euang. lect. 7. 8. & 9. Aug. in Ioan. tract. 92. littera M. A. tom. 9. lege & in fer. 6. poſt octa. Aſcenſ. lectio. 7. 8. & 9. Idem ſerm. eodem, littera A. B. C.

Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctū qui datus eſt nobis. lect. 9. Idem ibid.

Dilectio Dei diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. In Vig. Pent. lect. 7. Aug. in Ioan. tract. 74. & 75. littera L. M. A. tom. 9. Vide & in verb. Mundus. verſ. qui mundū diligunt, & in verb. Hæreditas. verſ. quo tēpore.

Ipſe ſpiritus ſanctus amor eſt, vnde & Ioannes dicit; Deus charitas eſt. In feſto Pent. lect. 1. Grego. hom. 30. littera B. tom. 2.

At maligni ſpiritus iter noſtrum, quaſi quidam latrunculi obſident. In Com. mulie. ſanct. lectio. 8. Greg. hom. 11. littera H. I. tom. 2.

Qui ſunt templum ſpiritus ſancti. Vide in verbo, Templum. verſ. quomodo nos. cum tribus ſequent.

Ante aduentum ſpiritus ſancti quales fuerint doctores Eccleſię ſcimus, & poſt aduentū illius cuius fortitudinis facti ſint, conſpicimus. In Com. Apoſt. lect. 5. Greg. hom. 30. littera K. L. to. 2. lege & 6.

De ſpiritus ſancti miſſione in diſcipulos, & de virtutibus quibus decorati fuerunt. In fer. 3. poſt 1. Dñicam Paſchę, lect. 1. de Actib. Apoſto. 2. & per totam hebdo. de Actib. Apoſto. vſque ad cap. 17. & inde per aliam hebdo. vſque ad cap. 29. legatur Hymn. Iam Chriſtus aſtra aſcenderat. In Dñica Pent. ad Matut. ex Greg. & Hym. Beata nobis gaudia.

dia. ad Laud. ex D. Hilario. Vide in verb. Vnanimitas. verſ. apoſtoli. cum ſequent.
Per ſeptiformem gratiam Septem purgantur vitia. Hymn. Lauda mater Eccleſia. In feſto Beatæ Mariæ Magdalenæ, die 22. Iulij, in ſecundis Veſperis.
Dicamus ergo Domino, Deus qui corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Oratio in feſto Pent. ad Veſper. legantur & orationes per totam hebdo. Penth.
Spiritvs. Beatus vir in cuius ſpiritu non eſt dolus. Pſal. 31. Beati quorum. Fer. 2. ad Matut.
Soluti ſumus à lege mortis in qua detinebamur, ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate litteræ. In Vigilia Epiphaniæ, lectio. 2. ad Rom. cap. 7.
Spiritu ſimus feruentes. 2. die infra octa. Epipha. lectio. 3. ad Rom. cap. 12.
Quod carnalem vitam trucidat, ſpiritus nō debet perhorreſcere. In Com. mulie. ſanct. lect. 9. Greg. hom. 11. littera H. I. tom. 2. Vide & in verb. Caro. verſ. ſpiritu ambulemus. & verſ. cum caro.
Spiritus eſt qui viuificat, caro autem non prodeſt quicquam. Sab. infra octa. Corpo. Chri. lectio. 9. Aug. in Ioan. tract. 27. littera D. E. tom. 9. Vide in verbo, Ieiunium. in Exemplis noui teſtamenti, mundemus.
verſic. Paulus & Barnabas. &, Tentatio. verſiculo,
Spirituum ponderator eſt Dominus. Sab. Dominicæ 1. Aug. lect. 1. Parab. Salom. cap. 16.
Martinus oculis ac manibus in cęlum ſemper intentus ab oratione ſpiritum non relaxabat. Antiph. ad Laud. in feſto S. Mart. die 11. Nouemb. In verbo, Superbia. verſ. auferes. cum ſequent.

Qui ſpiritu Dei aguntur, ſunt filij Dei. lege lect. 1. in Com. plur. marty. ad Rom. cap. 8.

Dicamus & nos cũ Propheta; In manus tuas Dñe commendo ſpiritum meum. In te Domine ſperaui. 30. Fer. 2. ad Matutinum.

S T

STATVRA CORPORIS. Vide in verb. Cor. verſ. cor intuetur Dominus. & in verb. Acceptatio perſonarum, &, Zaccheus. verſ. cur nullius.

STELLA. Vide Fatum, &, Sidera errantia.

STVLTITIA. Sapientium doctrinam ſtulti deſpiciũt. Dñica 1. Augu. lect. 2. Parab. Salom. cap. 1. Vide & in verb. Sapientia. verſ. initium eſſe.

In multis ſermonibus inuenitur ſtultitia. Feria 5. Dominicæ 2. Aug. lect. 1. Eccleſiaſtæ. ca. 5. In verbo, Tempus. verſ. ſtultum eſt.

Stultus vt Luna mutatur ſcriptum eſt; Qui ſint hi ſtulti. Fer. 4. quatuor temp. Septemb. lect. 1. Bæda. in Marc. lib. 3. cap. 38. in cap. 1. num. 20. 30. alio ord. 20. 30. tom. 5.

Diſcamus laudabilem fatuitatem, & relinquamus noxiam ſapientiam, nam ſcriptum eſt; Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe, in hoc ſeculo ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. 3. die infra octa. Dedicat. lectio. 7. Grego. lib. 27. Moral. cap. 26. littera H. I. tom. 1. in fin. cap.

Ea quæ diuinitus præcipitur ſtultitia, mente tenenda eſt. lectio. 8.

Et per hanc ſapientem ſtultitiam & ſi necdum, vt eſt ſolide, iam tamen per contemplationis lumẽ quaſi in tranſitu Dei ſapientia videtur, quam videre nequeunt qui ſibi ſapientes videntur, & cur? Idem ibidem.

STVLTILOQVIVM. Vide Scurrilitas.

S V

SVBIECTIO. Vide Humilitas.

SVPERFLVA. Vide in verb. Pauper. verſ. pauperibus ſuperflua.

SVPERBIA. Increpaſti ſuperbos, ait Propheta, Pſal. Retribue. Dominica ad Primam.

Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum; ego autem, ait idem, in toto corde meo ſcrutabor mandata tua. Pſal. Bonitatem. Dñica ad Tert.

Confundantur ſuperbi, quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me. Ibidem.

Retribuet Dñs abundanter facientibus ſuperbiã. In te Domine ſperaui.30. Fer.2. ad Matut.

Et comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem, muiltiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me; complaceat tibi Domine vt eruas me Domine ad adiuuandum me reſpice: confundantur & reuereãtur ſimul qui quærunt animam meam. Expectans expectaui, 39. Fer.3. ad Matutinum.

Non veniat mihi pes ſuperbiæ, nam ibi ceciderũt qui operantur iniquitatem. Dixit iniuſtus.35. Fer. ead. ad Matutinum.

Et comprehendantur in ſuperbia ſua. Eripe. 58. Fer.4. ad Matutinum.

Deiecisti eos dum alleuarentur, ſubito defecerũt velut ſomnium ſurgentiũ Domine in ciuitate tua imaginem illorum ad nihilum rediges. Quàm bonus.72. Fer.5. ad Matut.

Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper. Vt quid Deus.75. Fer. ead. ad Matut.

Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum. Miſericordias Domini, 88. Fer.6. ad Matut.

Redde retributionem ſuperbis, Deus vltionũ. 93.

Fer.

Fer. ead. ad Matutinum.

Non habitabit in domo mea, dicit Dominus per Prophetam, qui facit ſuperbiam. Miſericordiam. 100. Sab. ad Matut.

Fac Deus potentiam, clamat Eccleſia, in brachio tuo, diſperde ſuperbos, & exalta humiles. Feria 5. Antiph. ad Magnifi. ad Veſp.

Diſperdit Dñs ſuperbos mente cordis ſui. Cantic. Magnific. Dominica ad Veſper. in verb. Iudicium. verſ. exaltare.

Superbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Fer. 6. Dñicæ 4. poſt Paſcha, lect. 2. Canon. Iacob. cap. 4. Vide & in verb. Aſcenſio. verſ. quæ cum Chriſto non aſcendunt.

Ecce dies venit, dicit Dñus, germinauit ſuperbia. Fer. 4. Dñicæ 1. Nouemb. lect. 3. Ezech. cap. 7.

Alta ideſt ſuperba de longe agnoſcit. In verb. Humilitas. verſ. excelſus Dominus.

Arrogantiam & ſuperbiam deteſtatur ſapientia. Fer. 4. Dñicæ 1. Aug. lect. 3. Parab. Salom. cap. 8.

Abominatio Domini eſt omnis arrogãs. Sab. Dominicæ eiuſd. lectio. 1. Ibid. cap. 16.

Noli eſſe ſicut leo in domo tua auertens domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi. Sab. Dominicæ 4. Aug. lect. 3. Eccleſiaſti. cap. 4.

Odibilis coram Deo & hominibus eſt ſuperbia. Fer. 3. Dñicæ 5. Aug. lect. 2. Eccleſiaſti. cap. 10.

Quid ſuperbit terra & cinis? Ibidem.

De limo terræ Deus formauit hominem. Feria 2. Dominicæ Septuag. lect. 2. Geneſ. cap. 3.

Vnuſquiſque ſimilis eſt omnibus ex genere terreno illius qui primus factus eſt. Fer. 4. Dominicę 3. Aug. lect. 1. Sapien. cap. 7.

Et nemo ex regibus aliud habuit natiuitatis initium.

tium. Ibid. lege & in Sab. Dominicæ 3. Aug. lect. 3. Sapien. cap. 15.
Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam & ſimi lis exitus. lectio. 2. Ibid.
Auferes ſpiritum eorum & deficient & in puluerẽ ſuum reuertentur. Benedic. 103. Sab. ad Mat.
Exibit ſpiritus eius & reuertetur in terram ſuam. Lauda anima mea: 145. Sab. ad Veſp. In verb. Rex. in Exempl. verſ. terribilis. Vide & in d. verb. Rex. verſ. Rex eſt hodie.
Deus diſpergit ſuperbos in furore ſuo & reſpiciẽs omnem arrogantem humiliat, reſpicit cunctos ſuperbos & confundit eos & conterit impios in loco ſuo, abſcondit eos in puluere & facies eorũ demergit in foueam. Fer. 6. Dominicæ 2. Septemb. lect. 2. Iob. cap. 40.
Initiũ ſuperbiæ hominis eſt apoſtatare à Deo. Fer. 3. Dñicæ 5. Aug. lect. 3. Eccleſiaſti. cap. 10.
Initium omnis peccati eſt ſuperbia. Ibid.
Qui tenuerit illã, adimplebitur maledictis & ſubuertet eum in finem. Ibid.
Superbia cordis tui extulit te, & qui dicis in corde tuo quis detrahet me in terram? ſi extentus fueris vt aquila & ſi inter ſidera poſueris nidum tuũ, inde detraham te dicit Dominus. Feria 6. Dominicæ 4. Nouemb. lect. 1. Abd. cap. 1.
Domus quæ nimis locuples eſt, annullabitur ſuperbia, ſic ſubſtantia ſuperbi eradicabitur. Fer. 6. Dominicæ 5. Aug. lect. 1. Eccleſiaſti. cap. 21. Vide & in verb. Pauper. verſ. cum dixit Chriſtus.
Superbis Dominus contrarium oppoſuit medicamentum humilitatis. In Com. vni. mart. in 2. lect. lect. 7. Greg. hom. 32. littera A. B. tom. 2.
Dicamus cum Eccleſia; Inuocaui Dñm patrẽ Dñi mei

mei in die tribulationis meæ, & in tempore ſuperborum ſine adiutorio. In Com. Virg. in alijs lectio. lect. 2. Eccleſ. cap. 51.

Da Dñe Eccleſiæ tuæ ſuperbe non ſapere, ſed tibi placita humilitate ꝓficere, vt proterua deſpiciens quæcunq; matura ſunt, libera exerceat charitate. Orõ in feſto SS. Viti, Mode. atq; Creſc. die 15. Iun.

EXEMPLA.

QVomodo cecidiſti de cęlo Lucifer qui mane oriebaris, corruiſti in terram, dicebas in corde tuo, in cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum: verũtamen detraheris in profundum laci. Fer. 3. Dñicæ 2. Aduent. lect. 3. Iſai. c. 14.

Superbia elatus Aman quẽ Rex exaltauerat, quia non adorabatur à Mardocheo, quæ mala perpetrare cogitat. Fer. 3. Dominicæ 5. Septemb. lect. 1. 2. & 3. & fer. 5. lectio. 2. & 3. cap. 5.

Quàm fuerit confuſus. Fer. 6. eiuſd. Dñicę, lect. 3. ca. 6. Vide & in verb. Mala. Titu. Mala pro malis non reddenda. in Exempl. verſ. Aman.

Alexander Philippi Macedo, qui primus regnauit in Gręcia, poſt multas victorias, dũ exaltatũ eſſet & eleuatũ cor eius, decidit in lectũ, & cognouit quia moreretur. Dñica 1. Octob. lect. 1. Machab. 1. c. 1.

Antiochus qui videbatur etiã fluctibus maris imperare ſupra humanũ modum ſuperbia repletus, & montiũ altitudines in ſtatera appẽdere quàm humiliatus ad terrã fuerit manifeſto Dei iudicio. Fer. 5. Dñicæ 5. Octob. lect. 3. Machab. 2. c. 9. lege 1. & 2.

Nabuchodonoſor regnum exaltatũ eſt, & cor eius eleuatum eſt, & dixit cogitationem ſuam in eo eſſe vt omnem terram ſuo ſubiugaret imperio. Dominica 4. Septemb. lect. 2. & 3. Iudith cap. 1.

Quid ei acciderit. Fer.5. Dominicæ 4. Septemb. lectio.3. Iudith.12.
De ſuperbo Pharaone. lege Cantic. Moyſ. Exod. 15. Cantemus Domino. Feria 5. ad Laud lege & Pſalmum 135. Confitemini Dño. Fer. 5. ad Veſpe.
Paulus ne magnitudo reuelationũ eum extolleret, angelum Satanæ qui ſe colaphizaret, datũ ſibi eſſe dicebat. Fer.6. Dñicæ 2. poſt Epiph. lect.2. ad Cor. 2. c.12. Vide in verb. Iactantia. & eius oppoſitum quæ eſt Humilitas.
Ne eleuaretur cor Ezechię. In verb. Infirmitas, in Exemplis, in princip.
SVPERSTITIO. Templum à Solomone conſtructum, & poſt captiuitatem inſtauratũ ſacrilegis ſuperſtitionibus gentium repletum ab omni illa idolatriæ contaminatione mundauit ſtrenuiſſimus Iudas Machabæus. Dñica 2. Octob. lect.6. ex lib. S. Aug. de Ciuit. Dei lib.18. cap.45. littera H. I. K. to.5. & in verb. Seculum. verſ. à ſeculi vitijs.
De Romanorum ſuperſtitione. In feſto Cathedræ Petri, die 18. Ianua. lect.5. Leo ſerm.1. in Natiui. Apoſto. Petri & & Pauli, ſub med.
Diſperdet Dominus eos qui adorāt ſuper tecta militiam cęli, & adorant in Domino & iurant in Melchom. Fer.4. Dñicę 5. Nouemb. lect.2. Sopho.c.1. lege & in Dñica de Paſſ. lect.3. Hiere.c.1. & fer.3. Dñicę 2. poſt Paſc. lect.1. & 2. de Actib. Apoſt.c.17.
Confundãtur omnes qui adorant ſculptilia & qui gloriantur in ſimulachris ſuis. Dominus regnauit. 96. Fer.6. ad Matut.
Dominum Deum tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies. Antiph. ad Non. Dñicæ 1. Quadrag. Matth.4.
SVPPLICIVM. Vide Tormenta.
SVSPICIO. Vide in verb. Mulier. in Exempl. verſ. Auguſtinus.

Auguſtinus. Scandalum, &c, Occaſio.

Svstinere & expectare Dominum. Non erubeſcant in me, ait Propheta, qui expectāt te Domine Domine virtutum. Saluum me fac. 68. Feria 5. ad Matut. In verb. Patientia. Titu. de Patie. in ſuſt. & expect. Dñm. In verb. Solicitudo. verſ. conuocatis.

Svssvratio. Vide Murmuratio.

T

Talentvm. Quod per quinque taléta à Domino ſeruo credita donū quinque ſenſuum ſignificetur, per duo vero intellectus & operatio deſignantur. Lege in Com. Conſ. Pont. lect. 8. & 9. Greg. ho. 9. lra C.D. tom. 2.

Quid per vnum talentum. Ibidem. lectio. 8.

Ita cum ipſius adiutorio degamus vt in fine poſſimus dicere; Domine quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum, & ipſe reſpondeat; Euge ſerue bone & in modico fidelis intra in gaudiū Domini tui. Antiph. 1. & 2. in Com. Conſ. non Pont ad Laud. Matth. cap. 25.

T E

Temeritas. Oziam percuſſit Dominus ſuper temeritate qui mortuus eſt iuxta arcam Dei. Fer. 5. Dominicæ 5. poſt Pent. lect. 2. Reg. 2. cap. 6.

Temperantia. Vide Abſtinentia.

Templvm. Dominus in templo ſancto ſuo. Pſal. 10. In Domino confido. Dominica ad Matut.

Vnam petij à Dño, hanc requiram, ait Propheta, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, & viſitem templum eius, Dominus illuminatio mea. 26. Fer. 2. ad Matut.

Exaudi Domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templū ſan-

ctum tuum. Ad te Dñe clamabo. 27. Fer. 2. ad Mat.
Adorate Dominum in atrio ſancto eius. Affete. 28. Fer. ead. ad Matut.
In templo eius omnes dicent gloriam. Ibidem.
Introibo in domũ tuã, adorabo ad templũ ſanctũ tuum in timore tuo. Verba mea. 5. Fer. 2. ad Laud.
In conſpectu angelorum pſallam tibi, adorabo ad ſanctum templum tuum, & confitebor nomini tuo. Confitebor. 137. Fer. 6. ad Veſp.
Eiecit Dñs cõmercia rerum humanarũ de templo illo in quo diuinas res tantum agi, hoſtias & oblationes offerri, verbum Dei legi & decantari præceptum erat. Fer. 3. Dñicæ 1. Quadrag. lect. 2. Bædi in hom. Quadrag. in cap. 21. Matth. in 2. ho. fer. 3. Dominicæ 1. in Quadrag. in princ. tom. 7.
Sed quanta putas animaduerſione puniret ſi inueniſſet aliquos ibi riſui vel vaniloquio vacantes, aut alio cuilibet vitio mancipatos? lectio. 3.
Ea quæ nuſquam fieri licet plus cœleſtis iræ merentur ſi in ædibus Deo ſacratis agantur. ibidem.
Qui ſunt qui ibi columbas vendunt. Ibid. lect. 3.
Eiecit è templo (quod templũ figura adhuc erat) eos qui in illo vendebant quod emebatur, vt offerretur in templo, quid ſi ebrioſos inueniret? Fer. 2. Dñicæ 4. Quadrag. lect. 1. & 2. Aug. tracta. 10 in Ioan. littera G. H. tom. 9.
Nam ſi nõ eſt paſſus domum orationis fieri domũ negotiationis, nunquid potationis debet fieri? lect. 2. & 3. Vide Temulentia.
Quid promiſerit Dñus Salomoni poſtquam compleuit domũ Dñi & domũ regis nocte apparens ei. In Com. Dedic. eccle. lect. 3. 2. Paralip. cap. 7.
Ioſias Rex quæ fecerit de pecunia illata in templũ Dñi mundans illud à Pythonibus, Ariolis, Figuris ido-

idolorum, & immunditijs & abominationibus. lege in fer.2.Dñicæ 11.poſt Pent. lect. 1.2. & 3. Reg. 4. cap.21. & fer.3. lect.1.2. & 3. cap.23. & fer.4. lect.1. cap. eod. In verb. Sacerdos. verſ. Ioas Rex.

Qua attentione & quo animo in templo Dñi manendũ ſit. Die 6. infra octa.Dedic. & cur lect.4.5. & 6. Ioa.Chry. in c.10. Matt. ho.33. lra D.A.to.2.

Quomodo nos meruerimus eſſe templum Domini ipſius gratia. In di. feſto Dedic. eccleſ. lectio.4. Aug. ſerm.252. de temp.& 1. de feſto Dedica. littera A.B. tom.10.

Laboremus cũ ipſius adiutorio ne in templo ſuo hoc eſt ne in nobis ipſis inueniat qđ oculos ſuæ maieſtatis offendat. Ibid. Vide & in verb.Domus Dei.

Domus orationum eccleſia eſt, domus autem Dei nos ipſi: ſi domus Dei nos ipſi, nos in hoc ſeculo ædificamur, vt in fine ſeculi dedicemur. 2. die infra octa. Dedica. lectio.4. Augu. ſerm.256. in ordi. & 8. de Dedica. eccleſ. littera E. F. tom.10.

Templum ſpiritus ſancti, dicebat Lucia, eſſe caſtos & pie viuentes. In ipſius feſto, die 13. Decẽb. lectio.6. ex Geſtis.

EXEMPLA.

QVàm doluerint Machabæi cũ ſancta inuenerũt pfanata, & quid fecerint iterũ ſancta ædificãtes.Dñica 2.Octo.lect.1,2.& 3.Macha.1.c.4.& fer. 2. lect.1.2.& 3. Macha.2. lege in verb.Superſtitio.

Petrus & Paulus apoſtoli Conſtãtinũ Imperatorẽ in quiete monuerũt vt in omni ditione imperij Romani templa Chriſtiano more ædificari imperaret. In feſto San. Syluestri, die vlti. Decemb. lect.4. ex Ponti. & Geſtis præcipue. Vide & in verb. Oratio. verſ. Petrus & Ioannes. & verſ. Tobias.

Dicamus ergo Domino; Audi Domine hymnum & orationem quam ſeruus tuus orat corã te hodie, vt ſint oculi tui aperti, & aures tuæ intentæ ſuper domum iſtam die ac nocte. Reſp. fer. 2. Dominicæ 3. poſt Penth.

Domine ſi conuerſus fuerit populus tuus & orauerit ad ſanctuarium tuum: tu exaudies de cœlo Dñe, & liberabis eos de manibus inimicorum ſuorum: Si peccauerit in te populus & conuerſus egerit pœnitentiam, venienſque orauerit in iſto loco tu exaudies. Reſp. & Verſ. fer. 3. eiuſd. Dñicæ. Paralip. 7.

Præſta Dñe vt quiſquis templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta ſe impetraſſe lętetur. Oratio ad Veſp. in feſto Dedica. Eccle.

Tempvs. Omne tempus ſeptem diebus comprehenditur vnde ſeptenario numero vniuerſitas figuratur. Fer. 5. Dñicæ Paſſ. lect. 2. Greg. hom. 33. littera B. C. to. 2. Vide in verb. *Dæmõ.* verſ. per ſepté.

Deus definit ſtatuta tempora & terminos habitationis hominum. Fer. 3. Dominicæ 2. poſt Paſcha, lectio. 1. Actu. Apoſto. cap. 17.

Quæ futura ſunt per ſingula tẽpora in Dei ſapientia cauſas efficientes habent, in qua nulla ſunt tempora. Fer. 4. Rogat. in Vigi. Aſcenſ. lect. 2. Aug. in Ioan. tract. 104. littera M. A. B. tom. 9.

Non eſt noſtrum, dicit Dominus, noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſuã poteſtate. In feſto Aſcenſ. lect. 2. Actu. Apoſto. cap. 1.

Omnia tempus habẽt & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub cœlo. Fer. 3. Dominicę 2. Aug. lectio. 1. Eccleſiaſtæ. cap. 3.

Tempus velut vmbra præterit. Sab. Dominicæ 2. Aug. lect. 1. Eccleſiaſtæ. cap. 7.

Cum tempus breue ſit & figura huius mundi prætereat,

tereat, quid admoneat Paulus nobis faciendum. In Com. Virg. lect.1. ad Corinth.1.ca.7. in verb. Anni. verſ. mille anni. cum ſeq. Opera. verſ. tempus.

Stultũ eſt interrogare quid cauſæ eſt quòd priora tẽpora meliora fuere quàm nunc ſunt. lect.3. Ibid.

Quod tempus aperiat nobis paradiſum. In verb. Ieiunium. verſ. cum paradiſi. in verb. Quadrageſima. verſ. cum nulla. cum ſequen.

Cur continentiæ obſeruantia quatuor ſit aſſignata temporibus,& quomodo nos gerere debemus. Dñica 3. Septẽb. lect.5. Leo ſerm.9. de Ieiun. 7.menſ.

Caliſtus Pontifex inſtituit quatuor anni tempora quibus ieiunium obſeruaretur. In ipſius feſto, die 14. Octob. lect.3. ex Damaſo potiſſi.

Temvlentia. Ammon temulentus in conuiuio interfectus eſt. Fer.2. Dominicæ 6. poſt Pent. lect. 2. Reg.2. cap.13. Vide Ebrietas.

Tentatio. Vt quid Domine receſſiſti longe, deſpicis in opportunitatibus & tribulatione? Vox Eccleſiæ inter vndas, procellaſque tentationum deprehenſæ, atque auxilium protectionis Chriſti gemebundo clamore quærentis, quæ pariter vocem inimici perſequẽtis exponit ſubijciens in ſeqnentibus pſalmis: dixit enim in corde ſuo, oblitus eſt Deus, auertit faciem ſuam ne videat vſque in finem, verũ Deus non obliuiſcitur. Sab. Dñicæ 1. in Quadrag. lect.2. & 3. Bæda lib.2. ſuper cap.6. cap.28. num. 30. 40. 50. tom.5. In verb. Tribulatio. verſ. tribulatos. cum duob. ſequentib.

In Domino eripiar à tentatione. Pſal.17. Diligã te Domine. Dominica ad Matut.

Quoniam probaſti nos Deus, igne nos examinaſti ſicut examinatur argentum. Iubilate Deo. 65. Fer. 4. ad Matutinum.

Probaui te apud aquam contradictionis. Exultate. 80. Fer. 6. ad Matut.

Proba me Domine & tenta me. Iudica me Domi ne. 28. in Feri. Offic. ad Prim. & Pſal. 138. Domi ne probaſti. Fer. 6. ad Veſpe.

Quid acciderit Iſraeli quia tentauit Dominum, vn de iratus fuerit furore Dominus. Confitemini. 105. il 2. Sab. ad Matutinum.

Terra eſt velut quidam tentationis locus. Dñica in Sexag. lect. 4. ex lib. S. Ambro. de Noe & arca, cap. 4. littera G. H. I. tom. 4. Vide & in verb. Vita. verſ. tentatio eſt. cum ſequen.

Tentatio tribus modis agitur, ſugeſtione, delectatione & conſenſu, quomodo id ſit. Dominica 1. Quadrag. lect. 9. Grego. hom. 16. littera L. tom. 2.

Tentationes ieiuniũ propulſat. Dñica 4. in Quadrag. lect. 6. Baſil. hom. 1. de Ieiun. ante medi.

Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in car cerem, dicit Ioannes, vt tentemini. Fer. 2. Dominicæ 3. poſt Paſcha, lectio. 2. Apocaly. cap. 2. In verbo, Caro. verſic. cur carnis. &, Superbia. verſic. Paulus. in Exemplis.

Sæuiſſima quæque tentamẽta vel ſpirituũ immundorum vel hominum ieiunijs & orationibus ſuperantur. Fer. 4. quatuor temp. Septemb. lect. 3. Bæda in Marc. lib. 3. cap. 38. in cap. 1. num. 10. 20. 30. alio ordi. 20. 30. tom. 5.

Omne gaudium exiſtimate, fratres chariſſimi, cũ in tentationes varias incideritis. Dominica 4. poſt Paſcha, lect. 1. epiſt. can. Iacob. cap. 1.

At gaudium ſit ſpirituale & non carnale. Dñica 5. poſt Paſcha, lect. 9. Aug. in Ioan. tract. 102. lrã I. K. to. 9. Vide in verb. Riſus. & ibid. verſ. riſum. in verb. Oratio. verſ. ſemper gaudete. & in verb. Ope

ra. verſ. non eſt melius.

Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam re-promiſit Deus diligentibus ſe. lectio. 3. Idem Iacobus, ibidem.

Nemo dicat cum tentatur quòd à Deo tentetur cũ ſit intentator malorũ, & neminem tentet. Ibidem.

Sed vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua a-ſtratus & illectus, deinde cum concupiſcentia conceperit, parit peccatum, peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem. Ibidem.

Modicum nunc ſi oportet nos contriſtari in varijs tentationibus, vt probatio fidei noſtræ multo pretioſior ſit auro, quod per ignem probatur, in tempore nouiſſimo exultabimus. Dñica 5. poſt Paſcha lect. 2. Cano. 1. Petri, cap. 1. lege & 1. vide in fer. 3. in Rogat. lect. 3. Pet. 1. cap. 4.

Accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Fer. 3. Dominicæ 4. Aug. lectio. 1.

Non eſt tentandus Dominus. Fer. 3. Dominicæ 4. Septemb. lectio. 3. Iudith cap. 4.

Inter tentationes huius vitæ prius nobis tollerantia poſtulanda eſt quàm gloria. In feſto Transfig. Domini, lectio. 6. Leo hom. de Transfig. Domini, circa medium.

Ita iuſtus tentationibus roboratur, vt aduerſis infirmatur peccator. In Com. plur. mart. lect. 6. Ioa. Chryſ. ſerm. de marty. littera D. A. tom. 3.

Et ex corde dicamus iuxta Domini præceptum: Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nòs à malo. In oratione Dominica, Pater noſter. Matthæi 6. & Lucę 11.

Reſpice in ſeruos tuos Domine Deus, & in opera

tua,

tua, & diriges filios eorũ, & opera manuũ noſtrarũ dirige ſuper nos,& opus manuuũ noſtrarum dirige. In precibus, ad Primam.

EXEMPLA.

CHriſtus IESVS ductus eſt in deſertum vt tentaretur à diabolo. Dñica 1.Quadr. Euãg. Matt.c.4.

Quòd non ſit mirum eum à diabolo tentari. lect. 8. eiuſd. Dñicæ. Greg.ho.16. in Euãg. lſa. L. to.2.

Quòd non fuerit indignum tentari qui venerat occidi. Ibidem.

Iuſtum quippe erat vt ſic tentationes noſtràs ſuis tentationibus vinceret ſicut mortem noſtram venerat ſua morte ſuperare. Ibid.

Eius mànſuetudo ab inimicis tentata fuit. Sab. Dominicæ 3.Quadrag. lectio.1. Aug. in Ioa. tract. 33.littera F. G. tom.9.

Non enim, ait Paulus, habemus Pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatũ autem per omnia per ſimilitudinem abſque peccato. Fer.6. in Paraſc. lectio.7. Paul. ad Hebræ. cap. 4. In verb. Pontifex. in princ.

Antonius tentationes diaboli ieiunio & oratione ſuperabãt. In feſto ipſius, die 17. Ianua. lectio5. ex Athanaſ.

Abraham vt fortis tentatus eſt,incitatus vt fidelis, prouòcatus vt iuſtus. Dñica in Quinquag.lect.5. ex lib. S. Ambro. de Abraham Patriar. lib.1. cap.2. littera B. C. tom.4. & fer.5. Dominicæ 1.Octob. lectio.1. Machab.1. cap.2.

Bernardus vt diaboli tentationes effugeret, monaſterium ingreſſus eſt. Die 20. Aug. ex vita.

Hilarion, continentia & humilitate incredibili, alijſque virtutibus varias,horribileſque tentationes diaboli

diaboli ſuperauit, & innumerabiles dæmones in multis orbis terræ partibus ex hominũ corporibus eiecit. In eius feſto die 21. Octob. lect. 5. Hiero. in vita Hilar. tom.1. littera D. B.

Hieronymus quamquam varie morbis, doloribuſque tentaretur, tamen corporis incõmoda pijs labo ribus & perpetua lectione ac ſcriptione ſuperabat. In eius feſto, die vlti. Septemb. lect. 5. vitã ex eius ſcriptis collegit Victorius.

Paulus dicit ſibi datum fuiſſe ſtimulum carnis ſuę qui eum colaphizaret ne magnitudo reuelationum eum extolleret. di. fer. 6. Dominicæ 2. poſt Epiph. lectio. 2. ad Corinth. 2. cap. 12.

Cum rogaſſet Dominum vt amoueret hunc ſtimu lum, quid ei reſponſum fuerit. Ibidem, lege & in Com. vni. mart. lect. 1. 2. & 3. de Actib. Apoſt. c. 10.

Tobiæ tentationem permiſit Dominus euenire vt poſteris daretur exemplum patientię ſicut & Sancti Iob. Fer. 2. Dominicę 3. Septemb. lect. 2. Tob c. 2.

Quia acceptus erat Deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret eũ. Fer. 5. eiuſd. Dñicæ lect. 3. Tob. c. 12.

Quot bonis repleta fuerit tota eius domus, cuius filium incolumen duxit & reduxit Raphael. lect. 1.

Iob deſcribitur tentatione auctus, Dauid tentatione proſtratus: cur autem à ſcriptura caſus eorum in noteſcit, ſicut & aliorum ſanctorum virtutes aſſerit. Dominica 1. Septemb. lectio. 5. ex lib. Moral. San. Greg. Pap. lib. 2. cap. 1. littera A. B. tom. 1.

Terra. Portio mea, ait Propheta, ſit in terra vi uentium, de qua terra intelligit. 1. die infra octa. omn. ſanct. lect. 7. Aug. de ſerm. Domini in mon. lib. 1. littera F. G. tom. 4.

Liquefacta eſt terra, & omnes qui habitant in ea. Confitebimur. 74. Fer. 5. ad Matut.

Nemo

Nemo in terra conſtitutus poteſt videre Iesvm. In feſto Dedic. eccleſ. lectio.7. Ambro. lib.8. in Luc. littera E. F. tom.4. c.18. Vide in verb. Habitatio. verſ. terræ habitatores. cum trib. ſeq.& verb. Tentatio. verſ. terra eſt.

Dixit Dominus ad Abram; Egredere de terra tua, de cognatione tua,& de domo patris tui, & veni in terrã quam mõſtrauero tibi, faciamque te in gentẽ magnam, & benedicam tibi. Dñica in Quinquag. lect.1. Gen.12. lege & lect.6. in ead. Dñica ex lib. S. Ambr. de Abrah. Patriar. lib.1. c.2. lra C. to.4.

Iacob dum exiret de terra ſua vidit gloriam Dei. Reſp. lect.4. Dominicæ 2. in Quadrag.

Testamentvm. Vetus teſtamentum ex Hebræo Damaſi iuſſu, nouum ex Græco Hieronymus conuertit,magna etiam ex parte declarauit. In feſto S. Hiero. die 30. Septemb. lect.6. vitã primus ex eius libris collegit Victorius. Vide in verb. Domus. verſ. ſcriptũ eſt. lege & lect.8, & 9. Sab. San. ad Heb.9.

Testimonia. Vide Lex.

Testimonivm. In ore duorũ vel triũ ſtet omne verbum. Sab. Dñicæ 2. poſt Epiph. lect.1. ad Cor. 2. cap.12. in Transfig. Dñi, lect.5. die 6. Aug. Leo hom. de Transfig. Domini, circa medi.

Teſtis fidelis non mentietur, profert autem mendacium doloſus teſtis. Fer.6. Dominicæ 1. Augu. lect.1. Parab. Salom. cap.14.

Inſurrexerũt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. Dñs illuminatio mea.26. Fer.2. ad Mat.

Pro amico falſum teſtimonium non eſt proferendum. Dominica 5. Septẽb. lect.6. ex lib. Offic. S. Ambro. cap.15. & 16. littera E. C. tom.1.

Non debet amicitia prępõderare religioni, vt quis falsũ teſtimoniũ proferat nec charitati ciuiũ. Ibid.

T H

THESAVRVS. Vide in verbo, Diuitiæ. verſ. nihil proderunt. cũ ſeq. & verb. Timor. verſ. diuitiæ.

T I

TIMOR. Beatus vir qui timet Dñm in mãdatis eius volet nimis. Beatus vir. 1 1. Dñica ad Veſp.

Quæ bona conſequantur. Ibid. lege in Com. vni. marty. in alijs lectio. lect. 5. de expoſit. S. Ambro. ſerm. 2 1. littera C. D. tom. 4.

Seruite Domino in timore. Quare fremuerũt gentes. 2. Dominica ad Matut.

Timor Domini ſanctus. Cœli enarrant. 1 1 8. Dominica ad Matutinum.

Qui timent te, videbunt me, quia in verba tua ſuperſperaui. Bonitatem. Dominica ad Tert.

Cõfige in timore tuo carnes meas, à iuditijs enim tuis timui. Pſal. Iniquos. Dñica ad Sext.

Qui timent Dominum, laudent eum. Deus Deus meus. 2 1. in Feri. Offic. ad Prim.

Quã magna multitudo dulcedinis tuę, quã abſcõdiſti timẽtibus te. In te Dñe ſperaui. 7 o. Fer. 2. ad Mat.

Timeat Dominum omnis terra, ab eo autem cõmoueantur omnes habitantes terram. Exultate iuſti in Domino. 3 o. Fer. ead. ad Matut.

Ecce oculi Domini ſuper metuentes eũ, & in eis qui ſperant in miſericordia eius vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Ibidem.

Immitet Angelus Dñi in circuitu timentiũ eũ, & eripiat eos. Benedicam. 3 3. Fer. ead. ad Mat.

Timete Dominum omnes ſancti eius, quoniã nõ eſt inopia timentibus eum. Ibidem.

Venite fili, audite me, timorem Domini docebo vos. Ibidem. Venite, ideſt per bona opera accedite ad me filij, quippe qui per regeneratonem filij

lucis

lucis effici digni facti eſtis. Audite qui aures cordis habetis apertas. Timorem Domini docebo vos; illum ſcilicet quē paulo ante oratione noſtra deſcripſimus. Dñica 5. Nouemb. lect. 6. lege 4. & 5. Baſil. Magn. in Pſal. 33. ad verſum, Timorem Domini.

Secundum altitudinem cœli à terra corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe. Benedic anima mea. 102. il 1. Sab. ad Matut.

Quomodo miſeretur pater filiorū miſertus eſt Dominus timentibus ſe. Ibid.

Dediſti hæreditatem timentibus nomen tuū. Fer. 4. ad Matut. Exaudi Deus deprecationem. 60. in verb. Iuſtus. verſ. ſancti.

Et miſericordia Domini ab æterno, & vſque in æternum timentibus eum. Ibid.

Eſcam dedit Dominus timentibus ſe. Confitebor. 110. Dominica ad Veſpe.

Initium ſapientię timor Domini. Ibid.

Qui timent Dominum, ſperauerunt in Domino, adiutor eorum & protector eorum eſt. In exitu. 113. Dominica ad Veſperas.

Et miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Canti. beatę Virgi. Magnifi. Dñica ad Veſp. Luc. cap. 1.

Beati omnes qui timent Dominum. Beati omnes. 127. Fer. 4. ad Veſp.

Quæ bona inde conſequentur. Ibid.

Et benedicetur omnis homo qui timet Dñm. Ibid.

Voluntatem timentium ſe faciet Dominus, & deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos. Exaltabo te. 144. Sab. ad Veſpe.

Beneplacitum eſt Dño ſuper timentes eum, & in eos qui ſperant in miſericordia eius. Ibid.

Diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia, timor Domini

ni ipſe eſt theſaurus eius. Fer.5. Dominicæ 3. Aduentus, lectio.2. Iſai. cap.33.

Qui timet Dominum, faciet bona. Cap. ad Laud, in feſto San. Ioan. Euange. die 27. Decemb. Eccleſiaſti. cap.15.

Timor Dñi hominibus ſuadẽdus. Fer.3. Dñicę 2, poſt Epiph. lect.3. 2. ad Corinth. cap.5

Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus perficientes ſanctificationem in timore Domini. Fer.4. eiuſd. Dñicæ, lect.1. Ibid. cap.7.

Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Sab. Dominicæ 6. poſt Epipha. lectio. 2. ad Hebræ. cap.13.

Timor humanus abijciendus eſt, & ad perficiẽda mandata Dñi parati ac prompti eſſe debemus, nã ipſe facit nos à facie hominũ non formidare nec timere nos facit vultum eorũ. Dñica de Paſſ. lect. 2, & 3. Hierem. cap.1. In verb. Via. verſ. in vijs.

Non præualebunt, cum Dñus ſit nobiſcum quin liberet nos. Ibidem, lectio.3. In verb. Spes. verſic. in Domino ſperaui.

Scito & vide quia malum & amarũ eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum, & nõ eſſe timorem eius apud te, dicit Dominus, exercituum. Dominica in Palm. lectio.2. Idem cap.2. Vide ſupra in verbo, Iuſtitia. verſ. qui timet Dominum.

Magna & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens, quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? Fer.5. Dominicæ 3. poſt Paſcha, lectio.1. Apocaly. cap.15. In verb. Charitas. verſ. perfecta charitas.

Quomodo timor ſanctus ſit quadã Baſis. Dñica 1. Aug. lectio.6. ex tract. S. Aug. ſuper Pſalm.118.

Si timueritis Dominum, dicebat Samuel populo, & ſer-

& ſeruieritis ei & audieritis vocem eius & non exaſperaueritis os Domini, & vos & Rex qui imperat vobis eritis ſequentes Dominum Deum veſtrum. Fer.3. Dñicæ 3. poſt Pent. lect.3. Reg.1. cap.12.

Deum in veritate non timentibus dominatur diabolus. Dñica 4. poſt Pent. lect.5. Aug. ſerm.197. in ordi. & 2. in Dominica 1. poſt feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis, littera I. k. L. tom.10.

In gentes quæ non timebant Dominũ, immiſit Dominus leones qui interficiebant eos. Fer.6. Dominicæ 10. poſt Pent. lect.2. Reg.4. cap.27.

Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt, non eſt timor Dei ante oculos eorum. Dixit inſipiens. 13. Dñica ad Mat.

Et Angelus Raphael diſcedens à Tobia, pacẽ eis reliquit dicens; Pax vobis, nolite timere. Feria 5. Dominicæ 3. Septemb. lect.3. Tob.12. Vide & in verb. Sapientia. verſ. principium. cum ſequent. in verb. Mala. verſ. time Deũ, &, in timore Domini.

Timor Domini odit malum. Fer.4. Dñicę 1. Aug. lect.3. Parab. Salom. ca.8. Vide & in verb. Verbũ. verſ. ſine timore.

Tu vero, dicit Eccleſiaſtes, Deum time. Fe.5. Dominicæ 2. Aug. lect.2. Idem cap.5.

Timor Dñi gloria & gloriatio & lętitia & corona exultationis. Dñica 4. Aug. lect.3. Eccleſiaſti. c.1.

Timor Domini delectabit cor & dabit lætitiam & gaudium in longitudinem dierum. Ibidem.

Timenti Dominũ bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur. Ibidem.

Quàm magna & mirabilia operetur timor Domini. Fer.2. eiuſd. Dñicæ, lect.1.2. & 3. cap. eod.

Qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari, lect.2.

Ne ſis incredibilis timori Domini. lectio.3.

In timore Domini veteraſce. Fer.3. eiuſd. Dominicæ, lectio.2. Eccleſiaſti. cap.2.
Metuentes Dñm, quid ſeruare & agere debēt.lect. 3. Ibid. Vide & in verb. Via. verſ. ambulans.
Qui timet Dñm honorat parentes & quaſi dominis ſeruiet ijs qui ſe genuerunt. Fer.4. Dominicę 4. Augu. lectio.2. Eccleſiaſti.3.
Timor Dñi ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo eſt intelligētia. Fer.3.Dñicę 2. Sept.lect.3.Iob 28.
Succincti lumbos mentis noſtræ caſtā & ſobriam vitam in timore Dei ducamus. In feſto S. Leonis Papæ, die 11. Aprilis, lect.9. Leo ſerm.2. in Anniuerſa. die Aſſumpt. eiuſd. ad Summi Ponti. Rom. culmen & onus, ante medi.
Qui contra omnes aduerſarios ſcutū timoris Dei infatigabiliter tenebit, ad victoriā perueniet: quid enim eſt totius vitæ curſus, niſi vnus cum vigili hoſte conflictus? In Com. Conf. Ponti. lect.4. in alijs lectio. Maxim. ex hom.2. de S. Euſebio.

EXEMPLA.

Iob à Deo laudatur quòd eius timens fuerit. Fer. 3. Dominicæ 1. Septemb. lect.1. Iob cap.2.
Tobias cū ab infantia Deum timuerit & mandata eius cuſtodierit non eſt contriſtatus contra Deū quòd plaga cæcitatis euenerit ei, ſed immobilis in Dei timore permanſit agens gratias Deo omnibus diebus vitæ ſuæ. Fer.2. Dñicæ 3. Septemb. lect.3. Tob.2. Vide in verb. Sepellire mortuos. verſ. licet.
Dicebat filio; Memor eſto fili, quoniam pauperē vitā gerimus, habebis multa bona ſi timueris Deū: in mente habeto eum, & caue ne quando prætermittas præcepta eius. Reſp. & Verſ. lectio.3. Dominicæ 1. Septemb. Tob. cap.4.

T O

TORMENTA. Quò grauiora fuere ſanctis tormenta, eò & gratiora fuere præmia. In feſto omn. ſanct. lect. 4. Aug. ſerm. 37. de ſanctis. & 1. de feſt. omn. ſanct. littera A. B. tom. 10.

Si omnia tormenta quotidie oporteret nos perferre, & ipſam gehennam paruo tempore tolerare, vt Chriſtum videre digni poſſemus in gloria venieté & ſanctorum eius numero ſociari, non ne dignum eſſet pati omne quod triſte eſt, vt gloriæ eius participes habeamur? 3. die inf. eand. octa. lect. 4. Idem ſerm. eod. littera E. F.

Omnia tormenta nulla videntur, & æquo animo tolerantur ab eo qui diuina contemplatur mandata & illud ſine fine incendium. In Com. vni. mart. lectio. 6. de expoſit. S. Ambro. epiſcopi, in Pſalm. 118. tom. 4. ſerm. 21. littera C. D.

Chriſtus in tormentis ore negari non poteſt ſine peccato, licet corde credatur. In feſto SS. Fabiani & Sebaſt. mart. die 20. Ian. lect. 4. ex Dama. & alijs.

EXEMPLA.

BOnifacius ciuis Romanus cū Tharſi multos ꝓpter Chriſtianę fidei profeſſionem varijs tormẽtis cruciatos vidiſſet illorum vincula oſculatus eos vehementer hortabatur vt conſtanter ſupplicia perferrent quòd breuẽ laborẽ ſempiterna requies conſecutura erat. In feſto ipſius, die 14. Maij, lectio, 2. ex Geſtis.

Ignatius cū vidit tormenta ſibi parari dixit; Nunc incipio diſcipulus eſſe Chriſti. In eius feſto, die 1. Februa. lect. 6. ex Catalogo ſcript.

Omnia tormenta diaboli in me veniant, aiebat,

tantũ Chriſto fruar. lectio. 6. lege & 4.

Machabæi tormenta tolerantes audacter in ſe ſæuientes increpabant. Fer. 3. Dñicæ 5. Octob. lect. 2. Machab. 2. cap. 7. & lect. 4. 5. & 6. eiuſd. Dñicę. Greg. Nazianz. oratione in Machab. 20. poſt init.

Et in ſe ſæuientes inuehebãtur. d. fer. 3. lect. 3. ca. eod. In verb. Lex. verſ. proh miraculum.

Stephanus cum crepitantium ſaxorũ turbine quateretur inter æthereos aulæ cœleſtis ſinus diuina ei claritas fulſit. In eius feſto, verſ. lect. 7. lege lect. 4. 5. & 6. Fulgent. ſerm. de S. Stephano, & Conuerſ. Beati Pauli. in init. lege & in octa. ipſius, lectio. 2. Actib. Apoſto. cap. 7.

Sancti quot ante mortẽ pro Chriſto tulerunt ſupplicia, tot ei de ſe obtulerunt ſacrificia. In Com. vnius marty. lectio. 5. Auguſt. ſerm. 44. de ſanctis, littera A. B. C. tom. 10.

Et licet paſſio Chriſti nobis ſufficiat ad ſalutem, tamen ſanctorum martyrium nobis contulit ad exemplum. 6. die infra octa. Apoſto. lectio. 8. Maxi. ho. 3. in Natiui. beat. Pet. & Pau. Apoſto.

Verbera carnificum non timuerunt ſancti Dei morientes pro Chriſti nomine: Tradiderunt corpora ſua propter Deum ad ſupplicia, vt hæredes fierent in domo Domini. Reſp. & Verſ. lectio. 5. In Com. plurim. marty.

Quàm conſtanter & fortiter tormenta ſancti ſuſtinuerint mortem contemnendo eorum vitæ legendo pro Chriſti amore ad ea animoſe ſubeunda quilibet animatur. Vide in verb. Martyrium. Titu. Mortem non timentes.

T R

TRAHI hominem ad Chriſtum quomodo intelligatur, nam dicit Dominus; Nemo poteſt veni-

re ad me niſi pater meus traxerit eum. Fer. 4. infra octa. Pent. lect. 1. 2. & 3. Augu. in Ioan. tract. 26. littera E. F. G. tom. 9. Vide & in verbo, Voluptas. verſ. voluptate. Lege & in feria 5. Dominicæ Paſſ. lect. 3. Greg. hom. 33. littera B. C. tom. 2.

Vnde canit Eccleſia; Te ſine tetro mergimur profundo, Labimur alta ſceleris ſub vnda, Brachio tuo trahimur ad clara Sidera cœli. Hymn. Ad preces noſtras. Dominica 1. Quadrag. ad Veſp.

TRIBVLATIO. Tribulantes clament ad Dominũ in quo eſt omnis ſalus. Pſal. 3. Domine quid multiplicati ſunt. Dominica ad Matut.

Factus eſt Dominus adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Pſalm. 9. Confitebor tibi. Dominica ad Matutinum.

Vt quid Domine, clamat Propheta ibid. receſſiſti longe deſpicis in opportunitatibus?

Qui tribulant me, exultabunt, ſi motus fuero, ego autem in miſericordia tua ſperaui.

In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui, & exaudiuit me de templo ſancto ſuo. Pſal. 17. Diligam te Domine. Ibidem. ad Matutinum.

Ex omni tribulatione eripit nos Dominus. Deus in nomine tuo. 52. Dominica ad Prim.

De tribulatione inuocaui Dominum & exaudiuit me in latitudine Dominus. Confitemini Domino. 117. Ibidem ad Prim.

Tribulationes cordis mei multiplicatę ſunt, de neceſſitatibus meis erue me. Ad te Domine leuaui animam meã. 24. Fer. 3. in Feri. Offic. ad Prim.

Tribulatio & anguſtia inuenerunt me mandata tua, meditatio mea eſt. Mirabilia. 118. Dominica ad Nonam.

Multi

Multi qui perſequuntur me & tribulant me à teſti monijs tuis non declinaui. Pſal. Clamaui. Dominica ad Nonam.

Tu es ſpes mea ab vberibus matris meæ in te pro iectus ſum ex vtero de ventre matris meæ, Deus meus es tu ne diſceſſeris à me, quoniam tribulatio proxima eſt, & nõ eſt qui adiuuet. Deus Deus meus. 21. Fer. 6. in Feri. Offic. ad Prim.

Ne tradideris me, dicit idem, in animas tribulantiũ me. Dñs illuminatio mea. 26. Fer. 2. ad Mat.

Miſerere mei Dñe, quoniam tribulor, orat Propheta. In te Domine ſperaui. 30. Fer. ead. ad Mat.

Tu es refugium meum à tribulatione mea, quę circumdedit me. Ibid. Vide in verb. Quærere Dominum. verſ. exquiſiui.

Iuſtos Deus adiuuat, & iuxta eſt his qui tribulato ſunt corde. Benedicam. 33. Fer. ead. ad Matut.

Deus noſter refugiũ eſt & virtus, & adiutor in tribulationibus. Deus noſter refugium. 45. Feria 3. ad Matutinum.

Inuoca me dicit Dominus in die tribulationis eruam te, & honorificabis me. Deus deorũ. 49. Fer. ead. ad Matutinum.

Da nobis auxilium, clamat Propheta, de tribulatione, quoniam vana ſalus hominis. Exaudi Deus deprecationem meam. 60. Fer. 4. ad Matut. & Pſal. 107. Paratum cor meũ. Sab. ad Matut.

In Deo faciemus virtutem, & ad nihilum deducet tribulantes nos. Ibid.

Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro, impoſuiſti homines ſuper capita noſtra, tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. Iubilate. 65. Fer. 4. ad Matu.

Et locutum eſt os meũ in tribulatione mea. Ibid.

Clamemus cûm Propheta; Miſerere mei Deus, quoniam conculcauit me homo tota die impugnãs tribulauit me. Miſerere mei Deus, quoniam conculcauit me homo. 55. Fer. ead. ad Matut.

Tu factus es ſuſceptor meus & refugium meum in die tribulationis meæ. Eripe me. 58. Fer. 4. ad Mat.

Ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniã tribulor, velociter exaudi me. Saluum me fac. 68. Fer. 5. ad Matutinum.

Quantas oſtẽdiſti mihi tribulationes multas & malas, & cõuerſus viuificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me? In te Domine ſperaui. 70. Feria ead. ad Matutinum.

In tribulatione, dicit Dominus, inuocaſti me, & exaudiui te. Exultate. 80. Fer. 6. ad Matut.

In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudiſti me. Inclina Domine. 85. Fer. ead. ad Matut.

In tribulatione, dicit Dominus, inuocaſti me & liberaui te. Exultate. 80. Fer. ead. ad Matut.

Ne auertas faciem tuam à me, in quacunque die tribulor; inclina ad me aurem tuam. Domine exaudi orationem meam. 101. Sab. ad Matut.

Tribulatus eſt Iſrael ab inimicis ſuis & humiliatus eſt ſub manibus eorum, & ſæpe liberauit eos & vidit cum tribularentur, & audiuit orationem eorum. Confitemini. 105. il 2. Ibidem.

Tribulationem & dolorem inueni, & nomen Dñi inuocaui. Dilexi. 114. Fer. 2. ad Veſp.

Ad Dominum cum tribularer clamaui & exaudiuit me. Ad Dominum cum tribularer. 129. Fer. 2. ad Veſp. recita & pſalmum, Leuaui oculos in montes vnde veniet auxilium mihi. 120. Fer. ead.

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me. Confitebor. 137. Fer. 6. ad Veſp.

Effundo

Effundo in conſpectu eius orationem meam & tribulationem meã ante ipſum pono. Voce mea.141. Fer. ead. ad Veſperas.

Cum inuocarem exaudiuit me Deus in tribulatione dilataſti mihi. Cum inuocarem.4. ad Complet.

Salus noſtra eſt Deus in tribulatione. Fer.5. Dñicæ 3. Aduent. lectio.1. Iſai. cap.33. In verb. Flagella. verſ. caſtigaſti me.

In tribulationibus gloriabatur Paulus quę honorũ aliorũ eſſet origo. In octa. Innoc. lect.1.ad Rom.3. & in octa. omn. ſanct. lect.7. Aug. de ſerm. Domini in monte. lib.1. littera C. B. tom.4.

Omnes tribulationes cũ gaudio ſunt ſuſtinendæ. In octa. Innoc. lectio.8. lege & 9. Ioan. Chryſo. in Matth. hom.8. littera A. tom.2.

In tribulatione patientia eſt adhibenda. 2. die infra octa. Epiph. lect.3. ad Rom. ca.12.& Dñica 3. Paſch. lect.9. Aug. in Ioa. tract.101. lra G.H.to.9.

Nullam enim patimur, vt ait Paulus, tribulationẽ abſq; diuina cõſolatione, vt & nos conſolemur eos qui in omni preſſura ſunt per exhortationem, qua & ipſi à Deo exhortamur. Dominica 2.poſt Epiph. lectio.1. ad Corinth.2. cap.1. Vide in verbo, Memoria. in princip.

Nullam requiem habuit caro noſtra, dicit idem, ſed omnem tribulationẽ paſſi ſumus, foris pugnas, intus timores, ſed qui conſolatur humilis conſolatus eſt & nos. Fer.4. eiuſd. Dominicæ, lect.2. cap. 7. In verb. Miſericordia. verſ. miſericors Deus.

Tribulationes & perſecutiones quas quis ſuſtinet in exemplum iuſti iudicij Dei, dignus habebitur in regno Dei pro quo & patitur.

Si tamen iuſtum eſt apud Deum retribuere tribulationẽ ijs qui tribulant & ijs qui tribulãtur requiẽ

in cœlo. Sab. Dominicæ 4. poſt Epipha. lect. 1. & 2. ad Theſſalo. 2. cap. 1.

Tribulatos nunquam Deus deſerit, & ſi ad horam differe videatur auxilium illis impendere. Sab. 1. Quadrag. lect. 3. Bæda in Euang. Marci, lib. 2. ſuper cap. 6. cap. 28. num. 30. 40. 50. tom. 5.

Et eos ne in tribulationibus deficiant ſuę reſpectu pietatis corroborat. Ibidem.

Et aliquando etiam manifeſto adiutorio victis aduerſitatibus quaſi calcatis, ſedatiſque fluctuum voluminibus, liberat. Ibid. lege & Euang. Dominicæ 4. poſt Epiph. cum hom. Hiero. in Matth. cap. 8. littera B. C. tom. 9.

Propter peccata aduenire tribulationem. Reſp. & Verſ. lect. 7. Dominicæ 3, Quadrag.

Communicata tribulatione coniungamus orationem. Fer. 5. in cœna Domini, lectio. 4. ex tract. S. Aug. ſuper pſalmos, littera A. B. F. G. tom. 8. Vide & in verbo, Pietas. verſ. nunquam deeſt. & in verb. Regnum Dei. verſ. qui dignus. in verb. Oratio. in Exempl. verſ. Paulus à Domino percuſſus.

Seruum Dei tribulationes manent, ſed eas exemplo Pauli perhorreſcere non debet. Fer. 4. Dñicæ 2. poſt Paſcha, lectio. 2. de Actib. Apoſto. cap. 20. lege & in feria 5. Dominicæ 3. Octobris, lectio. 1. Macha. 1. cap. 13.

Cum aduerſa patimur, recordari debemus & bonorum quæ à Deo accepimus. Fer. 3. Dominicæ 1. Septemb lect. 2. Iob cap. 2.

Bonus Dominus & confortans in die tribulationis & ſciens ſperantes in ſe. Fer. 2. Dominicæ 5. Nouemb. lect. 3. Naum cap. 1.

Non conſurget, dicit Dominus, duplex tribulatio. Ibidem.

Inuo-

Inuocaui Dominum patrem Domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ. In feſto S. Lauren. lect.3. Eccleſiaſti. cap.51. lege 1. & 2. Idem legitur in Com. Virgi. in alijs lectio. lectio. 1. 2. & 3.

Momentaneum hoc & leue noſtræ tribulationis æternū gloriæ pondus operatur in cœlis. In Com. vnius marty. lectio.5. Augu. ſerm.44. de ſanctis, littera A. B. C. tom.10. Vide & in verbo, Electio. verſ. electi. & in verb. Paſſio. verſ. paſſiones.

EXEMPLA.

PAulus adeo ſupra modum erat grauatus tribulatione quæ ei facta fuerat in Aſia, vt tæderet eū viuere, ſed in Deo ſperabat ſe eſſe eripiendū à tantis periculis, vt aliàs ereptus fuit. Dominica 2. poſt Epipha. lect.3. ad Corinth.2. cap.1.

Repletus ſum, inquit ipſe, conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione veſtra. Fer.4. Dñicæ 2. poſt Epiph. lect.2. ad Corinth.2. cap.7. Idem legitur in Dominica 1. Quadrag. lect.3. Vide infra & in verb. Triſtitia. verſ. gaudebat, & in verbo, Anguſtia, Infirmitas, &, Pontifex. verſic. Siluerius.

Dicamus cum Hierem. Non ſis tu mihi formidini ſpes mea in die afflictionis. Fer.4. maio. hebd. lect. 1. Hierem. cap.17.

Miſerere Domine populo tuo & continuijs tribulationibus laborantem propitius reſpirare concede. Oratio fer.3. Dominicæ 4. Quadrag. in Veſpe.

TRIBVTVM. Poteſtatibus tributa præſtanda eſſe, & vectigalia reddenda. 3. die infra octa. Epiphan. lect.2. Paul. ad Rom. cap.13.

Potea

Potentatibus dicit Chriſtus eſſe reddenda. Dñica 22. poſt Penth. lect. 8. Hilar. Com. in Matth. cap. 23. in init.

Pro Domino & Petro redditum eſſe tributum. In feſto Dedic. S. Michaelis, die 29. Septemb. lect. 8. Hiero. in Matth. lib. 3. cap. 18. lrã H. B. D. tom. 9.

Trinitas. De Trinitatis fide. In Symb. Athan. Quicunque vult ſaluus eſſe. Dominica ad Primã. & in feſto Sanctiſſimæ Trinita. lectio. 4. 5. & 6. ex tract. S. Aug. de fide ad Petrum, lib. 1. littera F. G. tom. 3. & lect. 7. & 8. Grego. Nazianz. in tract. de fide poſt initium.

Triſtitia. Cor ſapientum vbi triſtitia eſt, ſtultorum vbi lætitia. 3. die infra octa. Epipha. lect. 9. Greg. hom. 10. littera E. tom. 2.

Gaudebat Paulus quòd ob epiſtolam à ſe miſſam contriſtati erant Corinthij, nõ quia contriſtati erãt, ſed quia contriſtati erant ad pœnitentiã & ſecundũ Deũ. Fer. 4. Dñicæ 2. poſt Epiph. lect. 3. ad Cor. 7.

Nam triſtitia quæ ſecundum Deum pœnitentiam ad ſalutem ſtabilem operatur, ſeculi autem triſtitia mortem operatur. Ibid.

Triſtatur aliquis veſtrũ oret, æquo animo eſt? pſallat. Sab. Dñicę 4. poſt Paſcha, lect. 3. Iacob. ca. 5.

Felix qui non habuit animi ſui triſtitiã & nõ excidit à ſpe ſua Fer. 5. Dñicę 5. Aug. lect. 1. Eccle. 14.

Tvrpitvdo. Vide Scurrilitas.

V

Vanitas. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Pſal. Legem pone. Dominica ad Tert.

Quid accidet ei qui præualuit in vanitate ſua. Pſal. 51. Quid gloriaris. Fer. 3. ad Matutinum.

Non ſedi cum concilio vanitatis. Iudica me Dñe. 25. in Feri. Offic. ad Prim.

Odit Dominus obſeruãtes vanitates ſuperuacue. In te Domine ſperaui. 30. Fer. 2. ad Matu. In verb. Beatitudo. verſ. beatus vir. in verb. Homo. verſ. veruntamen, vana ſalus, vani filij hominum, homo vanitati, & verb. Proximus. verſ. vana locuti ſunt.

Et defecerunt in vanitate dies eorũ, & anni eorũ cũ feſtinatione. Pſal. 77. Attendite. Fer. 5. ad Mat.

Vanitati ſubiecta eſt creatura nolens, & cur? Dominica 4. poſt Epiph. lect. 5. ex lib. moral. S. Greg. lib. 4. cap. 41. littera B. tom. 1.

Quando vero ab hac ſeruitute corruptionis eripietur. Ibid. Vide in verb. Salomon. verſ. cum ſecularium. in verb. Senſus.

Vanitas vanitatum & omnia vanitas, verba Eccleſiaſtæ filij Dauid. Dominica 2. Augu. lectio. 1. Eccleſiaſtes cap. 1. Vide & in verb. Voluptas. verſ. de hac intempeſtiua.

Si ambulaui, dicit Iob, in vanitate, appendat me Deus in ſtatera ſua. Fer. 4. Dominicæ 2. Septemb. lectio. 1. Iob cap. 31.

Qui mundi vanitates videre cupit, legat librum Eccleſiaſtæ qui ponitur. 2. Dominica Aug. per totam hebdo. Eccleſiaſtæ, cap. 1. 2. 4. 5. 6. & 7.

VASA. Eccleſiæ vaſa in quibus uſibus conflari, cõfringi, & vendi licet. 3. die infra octa. S. Lauren. lect. 6. ex lib. Offic. S. Ambr. lib. 1. c. 41. littera M. & lib. 2. cap. 28. littera H. I. to. 2.

V E.

VERBVM. Adhæſit pauimento anima mea, dicit Propheta, viuifica me ſecundum verbum tuũ. Pſalm. Retribue. 118. Dominica ad Prim.

Defecit in ſalutare tuum anima mea, & in verbũ

tuum ſuperſperaui. Pſalm. Defecit. ad Sext.

In ęternum Dñe verbum tuum permanet in cœlo.

Viuifica me, dicit idem, ſecundum verbum tuũ. Pſalm. Quomodo dilexi.

Præueni in maturitate & clamaui, quia in verba tua ſuperſperaui. Pſalm. Clamaui. ad Non.

Principes perſecuti ſunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum. Pſal. idem ad Non. Vide in verb. Via. verſ. ab omni via mala.

In iuſtificationibus tuis meditabor, nõ obliuiſcar ſermones tuos. Pſal. 118. Beati immaculati. Dominica ad Primam.

Retribue ſeruo tuo, viuifica me, & cuſtodiam ſermones tuos. Pſal. idem ad Prim. In verb. Via. verſ. in quo corrigit.

Et reſpondebo exprobrãtibus mihi verbum, quia ſperaui in ſermonibus tuis. Pſalm. Legem pone. Dominica ad Tert.

Declaratio ſermonum tuorum illuminat, intellectum dat paruulis. Pſal. Mirabilia. ad Non. In verbo, Lucerna. verſ. lucerna.

Verba non ſemper vt ſonant intelligenda ſunt cũ intus & in ſpiritu aliud ſignificẽt. lege hom. Euãg. Dñicę 3. Aduent. lect. 7. 8. & 9. Greg. hom. 7. lr̃a C. to. 2. lege & in Dñica 7. poſt Pent. lect. 4. ex epiſt. Hiero. ad Nepot. de vita cleri & ſacerd. lr̃a B. to. 1.

Verbum Domini manet in æternũ. In feſto Nata. Domini, lectio. 2. Iſai. cap. 40.

Verba diuinitus edita cordis aure ſeruanda ſunt. Dñica inf. octa. Nati. lect. 6. Leo ſer. 9. de Nat. Dñi.

Verba Dei quæ aure percipiũt mẽte ſunt retinenda. Dñica in Sexág. lect. 9. Greg. ho. 15. lr̃a D. to. 2.

Cibus eſt mentis ſermo Dei. Ibid.

Viuum eſt verbum Dei & validũ & acutius omni

gladio acutiſſimo penetrans vſque ad diuiſionẽ animæ & ſpiritus artuum quoque & medullarum cogitationes cordis & ſecreta ſcrutatur animorũ. Dominica infra octa Nati. lect. 8. Ambr. 2. lib. Com. in Luc. littera L. M. tom. 4. lege & in fer. 3. Dñicę 6. poſt Epipha. lect. 2. ad Hebræ. cap. 4.

Sine timore verbum Dei loquamur. Dominica 4. poſt Epiph. lect. 2. ad Philip. cap. 1.

Verbum Chriſti quomodo in nobis debet habitare abundanter. Fer. 4. eiuſd. Dominicæ, lectio. 2. ad Coloſſ. cap. 3.

Animæ lauandæ ſunt vt fiat in illis verbum Dei. Fer. 4. Dominicæ 3. Quadrag. lectio. 1. Hieron. in Matth. lib. 2. cap. 15. littera H. A. B. tom 9.

Et omnis anima quæ verbum Dei mente conceperit, virtutum ſtatim celſa cacumina greſſu contendat amoris ad confeſſionis & laudis arcem penetret & vſque ad perfectionẽ fidei, ſpei & charitatis peruenire & ibi cõmorari. In feſto Viſitat. B. Mariæ, die 2. Iulij, lect. 4. Bæda in Luc. lib. 1. ſuper cap. 1. cap. 3. num. 10. 20. tom. 5.

Qui verbum Dei audit, à quo tumulo liberetur à Chriſto. Fer. 5. Dominicæ 4. Quadrag. lect. 3. Ambro. lib. 5. in Luc. littera M. tom. 4.

Super humilem & quietum & trementem verba mea requieſcet ſpiritus meus, dicit Dominus. Fer. 4. quatuor tempo. Quadra. lectio. 3. Aug. ſed non ex intento exponit Matthæum.

Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, interroget ſe vnusquiſque ſi verba Dei cordis aure percipit & intelliget vnde ſit. Dominica de Paſſ. lectio. 7. Greg. hom. 18. littera B. C. tom. 2.

Quomodo diuerſimode quis dicatur audire verbũ Dei. lectio. 8.

Hi

Hi profectò verba Dei nō audiunt qui ea exercere opere contemnunt. Ibid. Vide in verbo .Charitas. verſ. in eo vere.

Amen amen dico vobis, ait Dñs, ſi quis ſermonē meū ſeruauerit, mortē non guſtabit in æternū, Antiph. ad Sext. ead. Dñica de Paſſ. Ioan. cap. 8.

Duobus diſcipulis de ſe loquentibus apparuit Dominus, ſed talē ſe exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente, & cur? Fer. 2. Paſchæ, lectio. 1 & 2. Greg. hom. 23. littera C. tom. 2.

Eis dulciter loquitur qui ſunt hi ſermones quos cōfertis ad inuicem, & eſtis triſtes? Antiph. ad Magnificat, Luc. 14.

Qui auditores ſunt & non factores verbi Dei, falluntſemet ipſos. Fer. 2. Dñicæ 4. poſt Paſcha lect. 3. epiſt. can. Iaco. cap. 1.

Cui cōparabitꝰ auditor, & nō factor verbi Dei. Ibi.

Nō auditor obliuioſus factus, ſed factor operis hic beatus in ſuo facto erit. lect. 3. ibid. in verb. Præceptum. verſ. pœnitet. Vide in verb. Opera.

Verbum Dei Chriſtus cum quibus loquitur, Dñica 6. poſt Pent. lectio. 8. Ambro. in Luc. lib. 6. littera C. tom. 4. Vide & in verb. Regnum Dei, verſ. regnum cœlorum. & verſ. ſola: cum ſequen.

Felix dicta eſt B. Maria, quia verbū Dei cuſtodiuit non quia tantum in illa verbum caro factum eſt. In Vigil. Aſſumpt. ipſius, lect. 9. de hom. S. Augu. in Ioan. tract. 10. littera F. tom. 9. In verb. Obedientia. verſ. Mariæ obedientia.

Et felices qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Ibid. In verb. Petitio. verſ. ſi manſeritis.

Ex verbo Dei quàm mens reficiatur. In feſto Aſſumpt. Virg. die 15. Augu. lectio. 9. Augu. de verb. Domini, ſerm. 27. littera M. A. tom. 10. In verb. Mundus.

Mundus. verſ. Homo iuſtus.

Verbum Dei vel rationabile Dei in timore ſancto melius ſtatuitur, fortius radicatur, hoc eſt in pectore timentis Dominum ne labatur de corde viri, ne veniant volucres & auferát illud de incurioſi & diſſimulantis affectu. Dominica 1. Augu. lect. 6. Aug. in tracta. in Pſalm. 118.

Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei vt intelligas. Dñica 5. Aug. lect. 3. Eccleſiaſti. cap. 1.

Vbi non eſt auditus ne effundas ſermonem. Sab. Dñicæ 5. Aug. lect. 1. Eccleſiaſti. cap. 32. Vide & in verb. Lingua. & verſ. ne temere.

Qui verbum Dei in interioribus animæ receperunt alimenti cœleſtis & fontis vbertate recreati eſurire & ſitire nõ poſſunt. In Vig. S. Matth. die 20. Septẽb. lect. 2. Ambr. lib. 8. in Luc. lr̃a M. A. to. 4.

Sermo turpis deponendus eſt. Dominica in Alb. lect. 2. Paul. ad Coloſſ. cap. 3.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum, vnde verba mortua proferuntur. Fer. 5. Dominicæ 4. Quadra. lect. 3. Ambro. lib. 5. in Luc. littera M. tom. 4.

Cum aliquid turpe dicere volumus, quid nobis cogitandum eſt. Sab. infra octa. Corp. Chri. lect. 6. Ioan. Chry. ſerm. ad Pop. Antioch. hom. 61. littera C. B. tom. 5.

Rogemus ergo Dominum vt verbum iniquum & doloſum longe faciat à nobis. Verſ. lect 6. Dominicæ 1. Augu.

Veritas. Viam veritatis elegi, ait Propheta, & iudicia tua non ſum oblitus. Pſalm. Retribue. 118. Dominica ad Primam.

Ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque, quia in iudicijs tuis ſuperſperaui. Pſalm. 118. Legem pone. ad Tert.

In vanitate tua humiliaſti me. Bonitatem. Ibidem. ad Tertiam.
Omnia mandata Dei veritas. Defecit. ad Sext.
Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua, & veritatē tuā nimis. Mirabilia. ad Non.
Principium verborum Domini veritas. Clamaui. Ibidem. ad Nonam.
Diminutas eſſe veritates à filijs hominum. Saluū me fac. 11. Dominica ad Matut.
Et complacui in veritate tua. Iudica me Domine. 25. Fer. 4. in Feri. Offic. ad Prim.
Veritatem diligit Deus. Quàm dilecta. 83. Fer. 6. ad Matutinum.
Ecce enim veritatem dilexiſti. Miſerere. 50. Fer. ead. ad Laudes.
Opera manuū Domini veritas & iudicium. Confitebor. 110. Dominica ad Veſp. In verb. Pax. verſ. pacem & veritatem.
Qui loquitur veritatem, habitabit in excelſis. Fer. 5. Dominicæ 3. Aduent. lect. 3. Iſai. cap. 33.
Nemo ad cognitionē veritatis magis propinquat, quàm qui intelligit in rebus diuinis etiam ſi multū proficiat ſemper ſibi ſupereſſe quod quærat, & cur. Dominica infra octa. Natiu. lect. 5. Leo ſerm. 9. de Natiui. Domini.
Non poſſumus, inquit Paulus, aliquid aduerſus veritatem, ſed pro veritate. Sab. Dominicæ 2. poſt Epiph. lect. 2. ad Corinth. 2. cap. 13.
Qui perſecutionem pro veritate perpetitur, nihilominus in commune commodum vitæ ſuæ ſtatuit exemplum. In feſto S. Ioan. Chry. lectio. 8. die 27. Ianuar. Idem hom. 15. ſuper Matth. littera B. C. D. to. 2. Vide in verb. Detractio. verſ. ſi detractione.
Apud Dominum ille fallax non habebitur qui ad

veri-

veritatem reuertitur etiam poſtquã mentitur. Fer. 6. inſ. octa. Aſcen. lect 9. Greg. ho. 23. lra C.D. to. 2.

Veritatẽ faciamus in charitate, creſcamus in Chriſto, & quomodo. In octa. Aſcẽſ. lect. 3. ad Epheſ. 4.

Maiorem horũ non habere gratiam, ſcribit Ioannes, quàm audire filios ſuos in veritate ambulare. Fer. 6. poſt octa. Aſcenſ. lect. 1. can. 3. Ioan. cap. 1.

Et q̃d fortiùs deſiderat anima quàm veritatẽ? Fer. 4. Pent. lect. 3. Aug. in Ioa. tract. 26. lra E.F.G. to. 9.

Non in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis monet nos Paulus, vt epulemur. In feſto SS. Ioan. & Paul. die 26. Iun. lect. 7. Bæda in Luc. lib. 4. ſuper cap. 12. cap. 52. num. 10. 20. 30. & ſequen. tom. 5.

Odium peperit veritas. In feſto Decollat. Ioan. Bapt. lect. 7. Aug. in nouis ſer. nondũ impreſſis, 116. Die 29. Aug.

Miſericordia & veritas te nõ deſerãt, circunda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiã & diſciplinã bonã corã Deo & hominibus. Fer. 2. Dñicę 1. Aug. lect. 1. Parab. Salo. c. 3.

Non eſſe veritatem in terra. Fer. 2. Dñicæ 4. Nouemb. lect. 1. Oſeæ cap. 1. Vide & in verb. Perſecutio. verſ. qui mundo corde eſt.

Indefeſſa veritate ſeruanda eſt conſtantia. 4. die inſ. octa. omn. ſanct. lect. 6. Aug. ſerm. 37. de ſanctis, & 1. de feſti. omn. ſanct. littera F.G. tom. 10.

Pro anima tua non confundaris dicere verũ. Sab. Dominicæ 4. Augu. lectio. 1. Eccleſiaſti. cap. 4. in verb. Natiuitas. in princip.

Non contradicas verbo veritatis vllo modo. lect. 2.

℣ Dicamus ergo; Dirige me Dñe in veritate tua, & doce me quia tu es Deus Saluator meus. Ad te Domine leuaui animã meã. 24. In Feri. Offic. ad Prim.

Hh Emitte

Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipſa me de duxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuũ,& in tabernacula tua. Iudica me. 42. Fer.3. ad Laud.

E X E M P L A.

TObias in captiuitate poſitus viã veritatis nõ deſeruit. Dñica 3. Septemb. lect.1. Tob. cap.1.

VERITATEM TAMEN POSSE DISSIMVLARI loco & tempore.

E X E M P L A.

ABraham ſuaſit Sarai vxori ſuæ vt diceret quòd ſoror ſua eſſet, vt bene propter eam ſibi eſſet. Dominica in Quinquag. lect.2. Geneſ. cap.12.

Samuel iuſſu Domini veritatem diſſimulauit. Sab. Dñicæ 3. poſt Pent. lect.1. Reg.1. cap.16.

Dauid ſuaſit Ionathæ vt veritatẽ diſſimularet Saul. Fer.6. Dñicæ 4. poſt Pent. lect.3. Reg.1. cap.20.

Et ipſe Dauid diſſimulauit Abimelech ſacerdoti. Sab. eiuſd. Dominicæ, lect.1. & 3. Reg.1. cap.21.

Iudith exploratoribus Aſſyriorum idem fecit. Fer. 4. Dñicæ 4. Septemb. lect.2. Iudith cap.10.

Et cum in faciem regis Holofernis intendiſſet, adorauit eum proſternens ſe ſuper terram. lect.3.

Et Chriſtus cum apparuit duobus diſcipulis euntibus Emaus finxit ſe longius ire. Fer.2. Paſchæ, lect. 2. Grego. hom.23. littera C. tom.2.

Et alibi matrem ſe noſſe diſſimulat. In feſto ſeptẽ fratrum, lect.7. Greg. hom.3. littera B. C. tom.2.

Athanaſius ijs qui ſe inſequerentur ex induſtria occurit & quærentibus nunquid de Athanaſio ſciret, reſpondit ſe non longe illum naui euntem vidiſſe:

itaque illos contrarium tenentes, curſum effugit. In eius feſto, die 2. Maij, lect. 6. ex ſcript. Eccleſiaſti. illius temporis hiſtoria. Vide & in verb. Mendaciũ. & eius oppoſitum.

Dicamus Domino; Mentes noſtras Paraclitus qui à te procedit, illuminet & inducat ſicut tuus promiſit filius veritatem. Oratio fer. 4. Pent.

VESTES SACRÆ. Stephanus Romanus Pôtifex inſtituit vt ſacerdotes & diaconi nuſquam ſacris veſtibus, niſi in Eccleſia vterentur. In ipſius feſto, die 2. Aug. lectio. 2. ex Ponti. & Geſtis.

VESTIMENTA. Quid nos indui debemus ſicut Dei electi. Fer. 4. Dominicæ 4. poſt Epiph. lect. 1. Paul. ad Coloſſ. cap. 3. In verbo, Arma verſ. arma lucis induamur. cum ſequentibus.

EXEMPLA.

Baſilius vnica tantum tunica contentus erat. In verb. Abſtinentiã. in Exẽpl. verſ. Baſilius.

Hilarion in ſolitudine ſaccum quo ſemel amictus eſt nũquam aut lauit aut mutauit, cum ſuperuacaneum eſſe diceret munditias in cilicio quærere. In ipſius feſto, die 21. Octob. lectio. 2. ex Hierony. in vita Hilar. tom. 1. littera B. D.

VESTIGIA. Perfice greſſus meos, dicat quiſque Domino, in ſemitis tuis, vt nõn moueantur veſtigia mea. Exaudi Domine. 16. Dñica ad Matut.

Dilataſti greſſus meos ſubtus me, & non ſunt infirmata veſtigia mea. Diligam. 17. Ibidem.

Gaudent in cœlis animę ſanctorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti. Antipho. ad Magnifi. in Com. pluri. mart. in ſecundis Veſp. Vide & in verb. Martyriũ. in Exempl. in verb. Sancti. verſ. quæ ſunt veſtigia. &, Lucerna. verſ. lucerna. & in verb. Via.

V I

VIA. Beatus vir qui in via peccatorum nõ ſtetit. Pſal. 1. Beatus vir. Dominica ad Matut.

Propter verba labiorũ tuorum cuſtodiui vias duras. Exaudi Domine. 16. Dominica ad Matut.

Quia cuſtodiui vias Domini, nec impie geſſi à Deo meo quid retribuet Dominus. Diligam te Domine. 17. Ibid. ad Matutinum.

Beati immaculati in via. Pſal. 118. Dñica ad Prim. Vide in verb. Iniquitas. verſ. qui operantur.

In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos. Ibidem.

In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum ſicut in omnibus diuitijs. Ibidem.

Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me, & exercebor in mirabilibus tuis. Pſal. Retribue. ad Prim.

Vias meas enunciaui & exaudiſti me, doce me iuſtificationes tuas. Ibid. Vide & in verb. Veritas.

In via tua viuifica me. Legem pone. ad Tert. In verb. Iuſtitia. verſ. greſſus.

Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua. Memor eſto. Ibidem ad Tert. In verbo, Lingua. verſ. dixi.

Ab omni via mala prohibui pedes meos vt cuſtodiam verba tua. Quomodo dilexi. ad Sext.

Omnem viam iniquã odio habui. Iniquos. Ibidẽ. ad Sext. In verbo, Conuerſio. verſic. conuertimini clamat.

Omnes viæ Domini veritas. Pſalm. Clamaui. ad Non. Vide & in verb. Intellectus.

Omnes viæ meæ in conſpectu tuo ſemper. Pſalm. Principes. Ibid. ad Non.

Reuela Domino viam tuam & ſpera in eo, & ipſe faciet. Noli æmulari. 36. Fer. 2. ad Matut. Vide & in

in verbo, Mitis.

Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas: requirentibus teſtamentū eius & teſtimonia eius. Ad te Dñe leuaui. 24. Fer. 3. in Feri. Offic. ad Prim.

Dulcis & rectus Dominus propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Ibid.

In vijs Domini ambulandum vt inimicos vincamus. Exultate. 80. Fer. 6. ad Matut. Vide in verbo, Timor. verſ. timor humanus.

Deduc me Domine in via tua & ingrediar in veritate tua. Inclina. 85. Fer. ead. ad Matut.

Notam fac mihi uiam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam. Domine exaudi. 142. Fer. ead. ad Laud. Vide & in uerb. Cogitatio. uerſ. in omnibus.

Beati qui ambulant in uijs Domini. Beati omnes. 127. Fer. 4. ad Veſperas.

Omnes uias noſtras præuidit Dominus. Pſal. 138. Domine probaſti me. Fer. 6. ad Veſp.

Ambulans in uia immaculata hic mihi miniſtrabat. Pſal. 100. Miſericordiam. Sab. ad Matut.

Reſpicit Dominus uias hominis & omnes greſſus eius conſiderat. Feria 3. Dominicæ 1. Augu. lectio. 3. Parabo. Salomo. cap. 5. in uerbo, Cor. uerſic. cor hominis.

Omnes uiæ hominis patent oculis Domini. Sab. Dominicę 1. Aug. lectio 1. Parab. Salom. cap. 16. In uerb. Spiritus. uerſ. ſpirituum.

Deus conſiderat uias noſtras, & greſſus noſtros dinumerat. Fer. 4. Dominicæ 2. Septembris, lectio. 1. Iob cap. 31.

Vox clamantis in deſerto parate uiam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. In Nati. Domini, lect. 1. Iſai. cap. 40.

Qui ſunt qui parant viam Domini, rectas faciunt ſemitas eius: In Com. Euang. lect.9. Grego. hom. 17. littera F. tom.2.
Iter facite ei, dicit Propheta, qui aſcendit ſuper occaſum. Exurgat.67. Fer.4. ad Matut.
Duæ ſunt viæ, vna quæ ducit ad interitum, altera quæ ducit ad regnum. Vide in verbo, Magi: verſic. quid magnum.
Quomodo monebat Paulus Theſſalonicenſes ambulare & Deo placere. Fer.6. poſt Epiph. lect.1.2. & 3.c.4. Idem repetitur in cap. ad Veſp. Dñicę 2. Quadra.& in cap. ad Sext. & ad Non.eiuſd.Dñicę.
Si à recta via paululum declinatur, verum iter amittitur. Fer.6. poſt diem Ciner. lect.3. Hieron. in Matth. lib.1. cap.5. littera H. tom.9. Vide infra Si declinauit.
Iuſtæ & veræ ſunt viæ Domini. Fer.5. Dominicæ 3. poſt Paſcha, lect.1. Apocaly.15.
Omnes viæ eius miſericordia & veritas. Verſ. lect. 1. Dominicę 3. Septemb.
In omnibus vijs tuis cogita Dominum, & ipſe diriget greſſus tuos. Fer.2. Dominicæ 1. Aug. lect.1. Parab. Salom. cap.3. Vide & in verbo, Pax. verſ. cum placuerint.
Initium viæ bonæ. Vide in verb. Iuſtitia. verſ. iuſtitiam facere.
Viam prauam deteſtatur ſapientia. Fer.4. Dñicæ 1. Aug. lect.3. Parab. Salom. cap.8.
Ambulans recto itinere & timens Deum deſpicitur ab eo qui infami graditur via. Fer.6. Dominicę 1. Aug. lectio.1. cap.14. Vide in verb. Opera. verſ. in via vitę.
Eſt via quæ videtur homini iuſta, nouiſſima autē eius deducunt ad mortem. lectio.3.

Vijs ſuis replebitur ſtultus. Ibidem.

Non eas in omnem viam, ſic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Dominica 5. Aug. lectio. 2. Eccleſiaſti. cap. 5.

Via peccantium complanata eſt lapidibus, & in fine illorum inferi & tenebræ & pœnæ. Fer. 6. Dominicæ eiuſdem, lect. 3. Eccleſiaſti. cap. 21.

Si declinauit, ait Iob, greſſus meus de via, ſi ſecutus eſt oculus meus cor meũ, & ſi in manibus meis adhæſit macula, ſeram & alius comedat, & progenies mea eradicetur. Fer. 4. Dominicæ 2. Septẽb. lectio. 2. Iob 31.

Via vitæ ignota erat nobis ante Chriſtum, ſed ipſe nobis eam notam fecit. In Com. vni. mart. tempo. Paſcha. lect. 6. Ambro. ſerm. 74. littera D. E. to. 3.

Semitam nobis manifeſtauit ad vitam. Ibid.

Notas, ait Propheta, mihi feciſti vias vitę. Pſalm. 15. Conſerua. Dominica ad Matut.

Huius auis ſemitam Iudęa ignorauit. Fer. 5. infra octa. Aſcenſ. lect. 8. lege & 9. Grego. hom. 29. littera I. K. tom. 2.

Nam legebant & in eo quòd legebant Chriſtum ſonabant, venturũ ſperabant, & præſentem non cognoſcebãt. Fer. 3. Pent. lect. 3. Augu. in Ioa. tract. 45. littera M. A. B. tom. 9.

Omnium autem finis appropinquauit. Fer. 3. in Rogat. lect. 1. Petri 1. cap. 4.

Finis venit, venit finis, dicit Dominus, & immitã furorem in te: Iudicabo te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia ſcelera tua. Feria 4. Dominicæ 1. Nouemb. lectio. 1. & 2. Ezech. cap. 7. lege & 3. In verb. Iudicium.

Secundum vias noſtras, & ſecundum adinuentiones noſtras fecit nobis. Fer. 6. Dñicæ 5. Nouemb.

lect.3. Zachar. cap.1. Vide in verb. Quadrageſima. verſ. derelinquat.
Ponite corda veſtra, dicit Dñs, ſuper vias veſtras. Fer.5. Dñicæ 5. Nouemb. lect.2. & 3. Aggæ. ca.1.
Tunc enim illa parãtur cũ excluditur illinc inimicus. In Vigil. Pent. lect.4. Aug. in tract. de Symb. ad Cathec. lib.4. littera D. F. cap.1. tom.9.
Sancti Domini mirabile conſecuti ſunt iter, ſeruientes pręceptis eius vt inuenirẽtur illæſi in aquis validis. Reſp. lect.4. in Com. plurim. mart.
Si quis aliò commigrare voluerit, legat Itinerarium in fine Breuiarij.
Petamus ergo à Domino vt vias noſtras dirigat. Reſp. lectio.2. Dominicæ 3. Septemb. Tob. cap.4.
Eique ſupplices dicamus; Vias tuas Dñe demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Ad te Dñe leuaui animam meam.24. in Feri. Offic. ad Prim.
Dirige Domine in conſpectu tuo viam meã. Verba mea.5. Fer.2. ad Laud.
Victoria. Vincenti dabo edere de ligno vitæ quod eſt in paradiſo Dei mei. Fer.2. Dominicæ 3. poſt Paſcha, lect.1. Apocaly. cap.2.
Vincenti dabo manna abſconditum. lect.3. Ibid.
Poſt victoriam Iudæorum populus omnis venit in Hieruſalem adorare Dñm offerens holocauſta. Sab. Dñicæ 4. Septẽb. lect.1. Iudith c.16. Vide in verb. Bellũ. in Exempl. verſ. peracto bello. cũ duob. ſeq.
A Deo contra inimicos victoria ſperanda eſt, non armis fidendum: nam & Dauid aduerſus Philiſtæũ in funda & lapide præualuit. Fer.3. Dominicæ 4. poſt Pent. lect.3. Reg.1. cap.17. Vide in di. verb. Bellum, &, Inimicus. verſ. in Deo. Lege in feſto Com. Pauli, die 30. Iun. lect.6. Aug. de gratia & libe. arbit. cap.6. & 7. littera D. E, F, G. tom.7.

Dextera

Dextera Domini, clamat Propheta, fecit virtutē, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem. Confitemini.117. Dñica ad Prim.

Delicatus es miles ò Chriſtiane ſi putas te poſſe ſine pugna vincere, ſine certamine triūphare. 6. die infra octa. omn. ſanct. lect. 6. Ioan. Chryſo. ſerm. quòd aut martyres ſint imitandi aut non laudandi. tom. 3. littera C. D.

Nullus athletes ſine certamine fortior dici, nullus ſine victoria poterit coronari. In Com. pluri. mart. in alijs lectio. lect. 6. Idem ſerm. de marty. littera D. A. tom. 3. Vide & in verb. Chriſtianus.

Nemo miles ſine præmio hoſtem ſubiecit: nemo ſine bello imperatorem promeruit. Ibidē. Lege in die 4. infra octa. omn. ſanct. lectio. 4. & 5. Augu. ſerm. 37. de ſanct. & 1. de feſtiu. omn. ſanct. littera F. G. tom. 10.

Viri ſancti glorioſum ſanguinem fuderunt pro Domino, amauerunt Chriſtū in vita ſua, imitati ſunt eum in vita ſua, & ideo coronas triumphales meruerunt. Reſp. lect. 2. in Com. pluri. mart. in verb. Veſtigia. verſ. gaudent.

Tradiderūt corpora ſua ꝑpter Deū ad ſupplicia, & meruerūt habere coronas perpetuas. In Reſp. lect. 3.

VIDERE DEVM. Qui male facit non videt Deū. Fer. 6. poſt octa. Aſcen. lect. 3. de epiſt. can. Ioa. c. 1. In verb Cor. verſ. Deū videre & in verb. Zaccheus.

VIDERE autem Dei eſt eligere vel amare. 5. die infra octa. Dedic. Eccle. lect. 7. & 8. Będa in Luc. lib. 5. ſuper cap. 19. c. 77. num. 40. 50. 60. tom. 5.

VIDVA. Cū murmur Gręcorū factū eſſet, creſcēte numero diſcipulorū aduerſus Hebræos ꝙ viduæ eorū deſpicerētur in miniſterio quotidiano, qūo ꝓuiderint apoſtoli cū multitudine diſcipulorū. In feſto

S. Ste-

S. Stephani, die 26. Decembris, lectio. 1. & 2. de Actib. Apoſto. cap. 6.

Bonum eſt viduis ſi ſic permanſerint, inquit Paul. ſicut & ego, quòd ſi nõ ſe continent, nubant: melius eſt enim nubere quàm vri. Fer. 5. Dñicæ 1. poſt Epipha. lectio. 2. ad Corinth. cap. 7.

Honora, dicit idem, viduas, quæ vere viduæ ſunt. Fer. 4. Dominicæ 3. Quadrag. lectio. 2. Hieron. in Matth. lib. 2. cap. 15. littera H. A. B. tom. 9.

Pro honore hic donum intelligi. Ibid. Vide & in verb. Eccleſia. verſ. typum.

Viduæ in tribulatione ſunt viſitandæ. In verb. Religio. in princ. & in verb. Iudex. verſ. cõqueritur.

Pro viduis ſuſtentandis reponebãtur pecuniæ. Fer. 3. Dñicæ 4. Octob. lect. 3. Machab. 2. cap. 3.

Bona eſt viduitas, quæ toties apoſtolico iudicio prædicatur: hæc enim magiſtra fidei, magiſtra eſt caſtitatis. In Com. mulie. ſanct. lectio. 4. ex lib. S. Ambro. de viduis, littera L. M. tom. 1.

Si perſecutores fidei, perſecutores etiam fuerunt viduitatis; vtique fidem perſequentibus non viduitas pro ſupplicio fugienda eſt, ſed tenenda pro pręmio. lectio. 6. Idem ibid. lege & 5.

Per filium viduæ in Porta Naim reſuſcitatũ, quid ſpiritualiter nobis ſignificetur. In fer. 5. Dñicæ 4. Quadr. lect. 1. 2. & 3. Ambr. lib. 5. in Luc. lr̃a M. to. 4.

EXEMPLA.

Monica mater S. Auguſtini caſtã, & operibus miſericordiæ exercitatam, viduitatem agebat. In eius feſto, die 4. Maij, lectio. 2. colligitur præcipue ex lib. 9. Conf. S. Aug. ep̃i c. 8. lr̃a L. M. to. 1.

Viduæ oculos, dicit Iob, nunquã ſe expectare feciſſe.

ciſſe. Fer. 4. Dñicæ 2. Septemb. lect. 2. Iob cap. 31.

VIGILANTIA. Deus Deus meus, inquit Propheta, ad te de luce vigilo. Pſal. 62. Deus Deus meus. Dominica ad Laudes.

Vigilate animo in proximo eſt Dñs Deus noſter. Antipho. ad Benedictus. Fer. 5. Dñicæ 3. Aduent.

Vt vigilarent monet Paulus Corinthios. Sab. Dñicæ 1. poſt Epiph. lect. 3. 1. ad Corinth. cap. 16.

Promiſit Dominus coronam vigilantibus. Inuita. Dominicæ 1. Quadrag. Vide & in verbo, Oratio. verſ. alius præcepti locus.

Beati ſerui illi quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Lege infra, Beatus ille.

Vigilate, dicit Dominus, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. In Com. Conf. Pont. in alijs lectio. Euang. Matth. cap. 24.

